




THOMAS·PHIL

De Vita.














IVLIO TERTIO


SANCTISSIMO THOMAE PHILOLOGI RAVENNA. DE VITA HOMINIS VLTRA CXX. ANNOS PROTRAHENDA.

CARDINALIS DE MONTE AVSPICIIS.

CVM PRIVILEGIO.







VENETIIS ANNO DOMINI. M. D. LIII.

IVLIO III. BEATISSIMO
AC SVMMO SANCTISSIMOQVE PONTIFI-
CI THOMAE RAVENNA. DE VITA HO-
MINIS VLTRA. CXX. AN-
NOS PROTRAHENDA.


DVO SVNT beatiſſimæ pater ſi Hippocrati, medicorum præſtantiſſimo credas, quæ Vite hominũ præcipue conferunt, Ars uidelicet, & Scientia. Quæ, ſi in uno mortalium, ſimul inueniri poterunt, tunc uero tibi polliceri fœliciſſima quæq́; poſſis; utriuſq; id eſt munus, ut optima ſemper ad hominum Vitam, cõuenientiaq́; pariant. Quod tam & ſi ab arte, ſapiẽtiaq́; proficiſcatur, à Dijs tamen immortalibus petẽdum imprimis eſt. Quod Pittacus ille Mitylenæus, ex ſeptẽ Græciæ ſapientibus unus, in ore ſemper habuit. Eſt igitur poſt ipſum immortale numẽ, Artis, Sapiẽtiæq́; officium, quæ perfecta non ſunt, ea perficere. Id ut alia nũc ommittã, ſi in hominum Vita proroganda præſtiteris, nihil melius, aut præſtantius unquã effeceris. Hoc ipſum, cũ alia maxime probent, tũ uero id quod Curtius dictum Alexãdro Regi meminit, uel præcipue probet. Qui ſub legatorum perſona illum admonere ſoliti eſſe dicũtur, ut ſi Deus eſſet, largiretur beneficium immortalitatis. Sin uero homo, id perpetuo cogitaret, ut diutiſſime eſſe poſſet. Eſt enim hoc Vite, luciſq́; munus, quod Ariſtoteli VII. Ethicorum placuiſſe uideo, uel homini iucundiſſimum. Nã quicquid homines agunt, parant, nauigãt, ea omnia

ad studium commodius degendæ, prorogandæq; Vite comparant. Nullumq; omnino animatum uideas quod non mortem, ut malum, noxiumq; imprimis horreat. Hoc cũ sæpe mecum cogitarem, & cũ Reuerẽdiß. Cardinali Hieronymo Verallo Venetiarũ Legato olim amplissimo sæpe conferrem, admonuit comiter, ut semper solitus est, et amice; ac Heroice, ut in hoc studiũ maxime incumberem, præcipueq; ad Vitã prorogandã, oẽm operam, et curã collocarẽ. Cum uero is apud Romanorũ Regem Legatum ageret, eoq; cursum, iã cœptũ moderari uix possem, accesserunt Principes multi Vite, ac fœlicitatis studiosissimi, Currentẽ me impellẽtes; atq; ad id opus pficiendũ quamprimũ coegerunt. Currẽti licet mihi alias calcar addiderit Illustriß. ac Reuerendiß. D. Ro. Cardinalis Carporũ princeps, qui cũ Reuerendiß. Verallo ut sunt oĩum doctißimi, ita bonorũ oĩum patroni candidißimi, & doctorũ uirorũ Mecenates benignißimi, se libẽtius obtulerũt; faustoq; atq; bono omine se optimã ualetudinẽ, uiteq; S. V. dilationẽ percupiẽtes offerre, opera, et studio suo (ut fit) id fieri uoluerunt. Principis igitur huius rarißimi, urbisq; Romæ Legati olim dignißimi, eminentißimi ac doctißimi Veralli auspicijs fœlicißimis. Et bonæ fortunæ illustrißimi ac præstãtißimi Cardinalis de Mõte optime ac rarißime indolis fausto deorũ omnium omine, nunc scribo ad. S. T. quod longa, aßiduaq; lectione ex doctißimorũ hominũ cõmentarijs assequi potui, ac tota de re accuratißime: quæ scribẽdi ratio, cũ noua, neminiq; (quod sciã) hactenus tẽtata sit, eã multo iucundißimã,

& gratissimam tibi futurã nunquam dubitaui, uel quod (ut diximus) nihil habet homo uita luceq; charius, uel quod in hac uite tuæ ætatæ omnis Christianæ pietatis dignitas, & salus in te uno, omni uirtutum genere, doctrina, eruditione, & sapientia, incredibiliuè penè rerum omnium cognitione tum maxime prædito, literisq; deditissimo, tum omnium denique optimarum artium, disciplinarum scientiarumuè quarumcunq; iucunditate optimæ mentis instructo, sita, positaq; sit. Quare, cũ ad id uirtutum omnium fastigium ascenderis, ut quæ sapienter monentur, uel familiariter insinuantur, uita, moribusq; superaueris, ut prætermissis Munijs ac honoribus reliquis prædecessor tuus Paulus iij. Pontifex maximus, & Cardinalium omnium ordo illustrissimus te sacratissimi concilij summũ præsidentem constituerint: Et sacratissimus Imperator Carolus. V. Francorum Rex, ac tota Christiana Rep. una uoce, & omnium sermone te confirmauerint, literatos, atq; omnium artium studiosos foueris, quam primum electus, ex prophetis uenturus, in monte natus, in monte nutritus: die sabbati quo surrexit Christus, in quo erat Dei digitus, te operis sui Vicariũ, & pastorem summũ, Quadragesimali tempore mortem nostram Christus moriendo destruens, & uitam resurgendo reparans, ac Iubilei anno salutem humani generis in ligno crucis constituenti: ut unde mors oriebatur, inde uita resurgeret: præclarissima atque insigniora, specimen nimirum fecundissime Probitatis tuæ in omnes edidisti. Quid dicam, quod opportunæ imprimis, & fato quodã uocante ad hoc opus

peragendum me accinxi, si quidem Iulij iij. nomen assumpseris summum, nõ unius singularitate nominis: cum antea Ioannes Maria, sed unius Trinitate Iulij iij. Christiano Gregi præesse uoluit. ideo diutißime te esse uicturum, ut maxime gaudeã prædictioni huic meæ, superos ipsos Deos fauturos, & Tot, qui supersunt testes superesse. Viues igitur beatissime Pater (ni fallor) diutissime. Nã si cultoribus sapientiæ, siue per animi uirtutẽ, si spiritus sit qui uiuificet, ex sacris literis, et caro nec prosit quicquam, seu fati lege (uti declarabitur) diuina obtigit uita, nõ despero, quin te quoq; diu corpore, atque animo ualẽtem, longior ueniat senectus. Quẽ enim ueterum, nũc memoria suscepimus, prudẽtia, uel temperãtia, iustitia, uel uirtutibus tibi antestare? Quis eorũ, si adesset, nõ in te omniũ uirtutũ prædicationẽ conferret? Quod; cũ illis ferme omnibus quãuis prudentißimis, & procul à Rep. remotis nõ contigerit sine offensione, et odio plerunq; capitali uitã degere. Tua tamẽ sanctitas tot habitis honoribus, nõ modo sine reprehẽsione, et inuidia semper fuit: uerũ etiã in omniũ amore, oĩumq; charitate, bonis omnibus agit, id quod mortuo Paulo, quũ Põtificatũ max. sis adeptus, intelligere statim potuisti, et nũc maxime percipis. Quũ te in eo ita geris iam, ut nullũ aliũ tibi mortalitas successorem optet. Quare et unus ego minime mirandum est, si ad hoc opus scribendum omnem operam, studiumq; adhibui, ut tibi artem quandã uitæ prorogandæ certæ nouam, & ante hunc diẽ inauditam exploratamq;, et certissimã (ut poßũ) traderẽ, Qua diutissime & fœlicissime uiuas.



CAPITVM OMNIVM

quæ in hoc opere continentur Elenchus.

Finis tabulæ

THOMAE PHILOLOGI

RAVENN. DE VITA HOMINIS VLTRA CENTVM ET VIGINTI ANNOS PROTRAHENDA.

AD SANCTISSIMVM ET BEATISSIMVM IVLIVM III. PONTIFICEM MAX.



Quare decepti credant homines uitam suam esse. 120. annorum tantum. Cap. I.



ON *dubito, quin titulus iste q̃ plurimos alliciat. qui obliqua opinione, toruo aspectu; pertinaci supercilio, ac mente languidi, industriam nostram grauius accusent.* Hocq; *quod quærimus, uix conspecto titulo, ex sacris litteris asserentes in deteriorem partem accipiant.* Quos, *& ego, qui sacras litteras in primis veneror.* Quiq; *vnum solum* IESVM *adorandum semper censuerim, rogatos esse uelim, cætera libri nostri scripta æqua mente, lectitent.* Nihil.n. *sapere magis librum istum nitimur, q̃ sacras litteras christianam religionem, atq; catholicam fidem.*

Dei Maximi *itaq; sacratissimo verbo, potissimum* Genesis Cap. 6. Mosis *veri, ac omnium prophetarum summi, historiographorum principis;* Dixitq; Deus; Non *permanebit spiritus meus in homine in æternum; quia caro est.* Eruntq; *dies illius centum viginti annorum.* Psalmo *quoq;* 89. Anni *nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis* 70. *anni.* Si *autem in potentatibus.* 80. *anni, & amplius eorum labor, & dolor.* Nam Ecclesiaste 10. Omnis *potentatus breuis vita.* Esaiæ. 23. Annis. 70. *sicut dies* Regis *vnius.* Ps. *itaq;* 38. Notum *fac mibi domine*

finem meum, & numerum dierum meorum, quis est, vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & Ps. 102. Recordatus est, quoniam puluis sumus. Homo sicut fœnum; dies eius tanquàm flos agri sic efflorebit. Psalmo'ue. 143. Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Sapientiæ autem. 2. Exiguum, & cum tedio est tempus vitæ nostrę. Atq;, Iob 14. Constituisti terminos eius, qui pręteriri non poterunt; & Eccl. 18. Numerus dierum hominum vt multum, anni centum, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt. Et sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Apostolo demum, sumus, in quos fines seculi deuenerunt.

Medicorum, item, ac legislatorum sententijs quorumcunq;, qui hominis ætates mundi admodum, dierum hebdomadæ, stellarum nec occidentium, errantium'ue syderum. Quorum motu tempora variantur. 7. esse describunt ex Hip. de septimanis, Aphorismorum'ue. 3. Infantia, Dentium plantatiua, Pueritia, Adolescentia, Iuuentus, Senectus, Decrepitas, Metroue.

Infans, inde puer, Adolescens, post Iuuenis uir.
Subsequiturq; senex, postea Decrepitus.

Post. 79. Annos ex Odofredo, usq; dum vita finitur maiori historia, Pagina. 263. vel ex Galeno, Pythagora, alijs'ue admodum anni temporum. 4. ps. 70. & Canticorum. 1. Pueritia seu ex Principe. 1. 1. Doctrina. 3. cap. 3. Adolescentia veri; Iuuentus Aestati; Senectus Autunno; Senium, vel Decrepitas in vitę finem protensa, post. 60. annum Hyemi comparata. Aut ex Varrone. 5. cuilibet assignanti annos. 15. pręter extremum Pueri puri, seu impubes; Adolescentes, Iuuenes, Seniores vnde vulgo, Signori. Qui prudentissimi debeant esse ad regendum principes; & velut seniores sapiẽtissimi, unde ex Sodiade in senectute sis sapiens, senectus vsq; in exitum vitæ ex Censorino, vel ex Seruio tullio. 3. Romanorum rege populum in totidem classes partiente, Pueri vsq; in. 17. Iuniores in. 46. Seniores in annos residuos, à Tuberone, atq; Gellio notatus. Ex phi

loſopho autem 56. 5. Phiſicorum. Hominem ſeneſcere eſt via in corruptionem, Senectus, de Temperamentis. 2. nihil aliud eſt q̈ ſemita ad mortem. Decrepitorum natura. 13. 1. eſt ſicut lucerna ad extinguendum parata. vnde. 39. 2. virtus eſt in ſenibus defecta. O' q̈ bonum fuit ſenectutis aſſimilatio ex Ariſt. ſiccitati plantæ. quia quanto magis antiquatur, non ceſſat uideri in his augeri ſiccitas, donec ad ultimum omnia ſiccentur. & hęc quidem eſt in eis mors, ac uelut ſenibus in ultimo ſiccitatis exiſtentibus finis, atq; in ultimo frigiditatis toto forſan ipſorum ſanguine poſt paucum deſtructo, quaſi arefactis naturali extincto calore fit mors. Ex Crinito.

Non procul à miſeris ſenibus mors imminet atra. Immo Diuo Hieronymo, mors anteit ſenes, & ſubſequitur iuuenes. Quidam uero hominis uitam, Solonis authoritate, in. 10. uel. 11. gradus diuidunt; ut unaqueq; ętas annos haberet ſeptenos. Ex alijs, animalibus totidem attributam gradumq;. 1. annoq;. 1. Infanti in cunis nuper nato aſſimilāt. 2. atq; 10. anno cōparant Hedo. 3. ac 20. anno Vitulo; 4. et 30. Boui 5. ac. 40. Leoni. 6. & 50. Vulpi; 7. ac. 60. Lupo. 8. & 70. Cani. 9. ac. 80. Feli. 10. ac 90. Aſino; 11. &. 100. anno, Anſeri; donec uulgo ridiculū uerbū homo fiat Ocha. E' quibus in unū tria colligentes, tres uitę hominis conficiunt gradus. Iuuentutem uirentemq; ętatem primorum trium; Adultam mediorum; ultimorum appellantes pręcipitam, uel pręcipitium. Staſeas ad has Solonis duas addidit hebdomada & ſpatium plenæ uitæ. 84. annorum eſſe dixit; quem terminum uitæ, ſi quis pręterit, idem facere, quod ſtadiodromi, ac quadrigę faciunt, cum extra finem procurrunt; Ethruſciſq; libris fatalem ætatem hominis. 12. hebdomadibus habere deſcribi Varro commemorat, quæ ad decies ſeptenos annos poſset fatalia deprecando, rebus diuinis proferri. Ab anno autem. 70. nec poſtulari debere, nec poſſe à Dijs impetrari. Cœterum poſt anno. 84. à matre ſua homines abire; neque etiam ijs fieri prodigia, ſed extra his hominibus proxime uidentur exceſſiſſe naturam: qui hebdomadibus humanam uitam emenſi ſunt, aut

ex Galeni primi prorreptici commentario. 2. in foribus mors est. atq; de San. tu. Genus humanum in gulam lapsum, & incontinentiam præcipitatum factum est discritum, propter quod semen eius est tale, & ꝗ ex tali semine nascitur, inde generatur discritum modicum adhuc uiuens; Quo debilitata est corporum natura. Multa olim fuere remedia salubria; quę nostris sunt temporibus mortalia. Et de constitutione artis medicatiue, Sicut unumquodq; animal natura proprium habet tempus uitæ; ita unaquæq; ægritudo. atq; Dioscoride. Cor hominis primo ortus anno, pondus habere. 2. dragmarum secundo. 4. inde pro cursu pari in annum. 50. habere. 100. drachmarum pondus à quo decrementa rursus ad æquilibrium supputari, quę ambitu peracto, ad metam redeant eandem. Nec superesse spacia uitę eius uisceris dilapsu. Qua ratione. 100, annorum hominum uitam circumscripsit. Mesue Elleboro albo ueneni instar pręsenti intolerabili æuo natura debilitata. immò ex Serapione, Breuiarij. 1. cum Alexandro Aphrodiseo nigro quoq; effreni nimis. Quod indicant antiquiorum maiores pharmacorum doses. Principis superiori quoq; loco, totum illud diuino prouenit pręcepto. Quòd autem ita euenit, retardari non potest, cum à causa procedat per se infallibili. atq; Nicolao Florentino sermone. 6. tr. 3. cap. 7. Prima seculi ætate, unitate transductionis humanæ originis, materia solida, & compacta fortissimi homines magnis corporibus, gigantes fortioribus uiribus, ac uitę erant longeuæ, materia tunc inepta resolutioni, consumptioni resistente, ac corruptioni. Processu uero temporis, multiplicato successiue hominum à substantia egressu, iterum inesse minorata uiribus, ac lapsa materia staturæ minoris, ac uiribus imbecilliores, uitę'ue breuioris homines successiue tamen sunt in tantum, ut hodie hominis uita tota una ætate primorum sit breuior, ex eodem serm. 1. distinct. 2. tr. 1. cap. 13, non omnino permanet immutata natura; immo de tempore in tempus labitur in defectum, Neq; solum humanorum corporum natura, sed etiam quorumcunq; inferiorum, Inquit. n.

uir doctissimus Plinius; quanto magis, & magis preteryt seculi
decursus, tanto magis minora corpora, & imbecilliora uiribus naturę
ferre testatur, ac breuiori uiuentia tempore. quamuis dixerit ęuo suo
Regionem esse, ubi ducentis uiueretur annis. Quanto tamen ęuum
producitur prolixius, tanto natura debilitatur peramplius demonstrat
statura minor omnium, roburq;' corporum prosectio, ac uitæ ab:
breuiatio, semper declinantis in minus, iuuante etiam prauo recen:
tium uictu. Iacobo'ue parti uulgi opinione, uita hominis anni. 81.
uoluit. n. sepe tribus durare annis. Canem. 3. sepibus. 9. scilicet
annis. equum. 3. canibus. 27. uidelicet annis. Hominem. 3. Equis
81. scilicet annis. Cornici autem Hesiodus. 9. nostras attribuit
ętates, quadruplum eius ceruis; id triplicatum coruis. Reliqua ex Plin.
fabulosius in Phenice, ac Nimphis. Quo Seneca refert, Platoni
qui fuit ante Christum annis. 423. à Persarum magis immolatum,
sacrificatumq; fuisse Athenis. quia nouies nouem, annis uidelicet,
81. sine ulla prorsus additione, uel deductione uixisset. Numerus an:
norum uitæ humanæ connaturalis, & ex Magorum dogmatibus om:
nium perfectissimus. Hinc Labeo Romanus theologus eundem Plat.
nter semideos, ut Herculem, ac Romulum referendum putauit. Ideò
Græcię magi dixere Galenum amplius fuisse sortis, q̃ humanæ. qui na:
tali suo ex Laertio decesserit, & annum. 87. ueriusq; 70. ex Suida im:
pleuerit. Quoniam consumauisset annum perfectissimum; quem no:
uies nouem multiplicata conficiunt, et ꝙ magis mirum adhuc ea ętate,
eoq; ipso anno scribentem, uelut Ciceronis, Plato est etiam quietę pu:
rę atq; elegantis actę ætatis, placida, ac leuis senectus qualem accepi:
mus Platonis. qui. 81. scribens, mortuus est, ex Seneca, sobrietatis, ac
diligentię beneficio. Legum autem peritioribus ultra. 100. annos
neminem uiuere presumentibus, ex Ferrario. Pauci ad annos. 20.
Pauciores ad. 40. Paucissimi ad. 60. perueniunt. Philosopho:
rum authoritatibus, commentator, qui fuit anno Christi. 1149. de
generatione, & corruptione. 2. Medici dicunt tempus iuuentutis i

sepe triȝ annos:
Canis 3. sepes:
equus 3. canes:
Homo 3. equos:
Cornix 9. hominis
Ceruus 4. Cornices.

homine esse 35. annorum, quo uita naturalis erit. 75. annorum, ex Solino, nunc si de ipsis hominum formis requiramus liquido manifestabitur nihil de se antiquitatem prędicasse, sed corruptam de generis successione, sobolem nostri temporis pernascentium detrimenta decus ueteris pulchritudinis perdidisse. A' Maumethæ *uita mediocris in 70. & 60. annis. &* Aristoteles. *2. metaphisice tex. commenti. 52. Naturam itaq; produxit, ut debilitando procedens finiatur demum. & de generat. 2. t. c. 57. tempus, & uita uniuscuiusq; numerum habent; & hoc determinatum.* Omnium. *n.* ordo, *& omne tempus, & uita mensuratur* Periodo. Quarto *q; de generatione animalium. cap. 10. Rationabiliter tempora omnium, & gestationum generationum, ac uitarum mensurari uolunt secundum* Periodum *signantem diem, mensem, annum, & tempora, his mensurata.* Astrologorum *inuentis,* Alchocho*den enim idest uitę datorem eligunt.* Quacunq; Genesi *ex erraticis alterum Saturnum annos dantem. 57.* Martem. *66.* Mercurium. *76.* Iouem. *79.* Venerem. *82.* Lunam. *108.* Solem. *120.* Cum *tanta sit hominis naturalis uita, uel planetarum dominio ab infimo inchoantes, conciliatoris differentia. 26.* Nato *cuiq; suos minores annos prebentes,* Lunæ. *4. tantum.* Mercurio. *10.* Veneri. *8.* Soli. *19.* Marti. *15.* Ioui. *12. Saturno. 30. & anni. 98. Vitæ hominis resultant.* Atq; *ex fridarijs pro diurna, uel* Genesi *nocturna à temporis luminari exordientes ordinis planetarum successu, Saturno. 11.* Elargiente *annos.* Ioue. *12.* Marte. *7.* Sole. *10.* Venere. *8.* Mercurio. *13.* Luna. *9. Septentrionali nodo. 3. Australi. 2. Vitæ annos. 75. conflantibus.* Censorino *de* Natali *de hominis æuum per hebdomadas distribuente, in fine q; cuiq; uitę Saturni dominio, maximum periculum ponente, ac homini fatales ex mathematicis præsertim. 49. ubi numerus septenarius quadratus uenit anni* Climaterici, *quasi gradarij seu scalarij ex materno ac Plin. 7.* Climatericum *tempus dubiosum dicitur.* Quoniam *Caldei, & hęc ipsa temporis periculi plena dixere fortunarum q; hominum, quæ fieri grauissima in septenarijs ex Pythagoricis humanę uitę uehiculis, si septenarius cor-*

pus complectatur, & animam eo ex. 4. elementis, & qualitatibus, ac ui triplici rationali, irascibili, & concupiscibili ad hominum genituram pertinens. Hora. 7. concipi. Die. 7. formari. 7. mense edi. septimestri partu minori, Ex mathematicis generationis susceptiuo die. 210. à conceptione senario maxime contento Licet. 182. diebus Plinius perfectum fieri Embrionem dixerit, Maior autem partus decimestris dierum. 274. septenario continetur, quo rota humana finitur ex Solone atq; Hebreis in diei omnium numeris, & Ethruscorum ritualibus Hip. ceterisq; medicis in corporum ualetudinibus, nam. 7. quemq; diem crisimon obseruant. Post ortum hora. 7. posse nutriri. Die. 7. umbilicum arctari bis. 7. uisu moueri. Tertio. 7. facie uerti, mense. 7. dentiri. Septenario. 2. sedere. 3. loqui. 4. ambulare. 5. lac horrescere. Anno 7. hebdomada seu. 1. dentes homini cadere, ac rursum formari, Septenario. 2. pubem apparere, hircumue olere, uocem crassiorē, & inequabilem fieri; ex Eraclito et stoicis perfici cū spermaticus mouetur Porus, sicut & arbores perficiuntur quando incipiunt facere fructum ex Arist. prima septimana; qua intellectio fit bonorum. & prauorum, ex alijs. 3. quando barbas habemus & fortitudine utimur perficitur homo. 3. ideo barbam nasci longumue protrahi. 4. latum uiriumq; plenum. 5. robustum, & ad stirpem relinquendam maturum. 6. stantem cupiditatibus ue tentari. 7. prudentiam, linguamq; consumari. 8. eundem manere, ætatem perfici. 9. corporis robore diminui. 10. hominem fieri morti maturum, & reliqua. De hebdomadibus multa sunt quę medici, ac Philosophi libris mandarunt unde apparet, ut in morbis dies septimi suscepti sunt, & crisimi dicuntur, ita per omnem uitam septimum quemq; annum periculosum, & uelut Crisimon esse, & Climatericum uocari, sed ex his Genethliaci alios alijs difficiliores esse dixerunt, & nonnulli e os potissimum, quos ternę hebdomades conficiunt putant obseruandos, hoc est unum & .20. & .42. De in 63. Postremum. 84. In quo Staseas terminum uitę defixit alij autem non pauci unum omnium difficillimum Climatera prodidere anno. s. uno de quinquagesimo, quem complent anni septies septeni, ad quam opinionem

plurimorum consensus inclinant. Plato quoq; phylosophorum sanctissimus quadrato numero annorum potentissimo, uitam humanam consumari putauit, s. enneatico qui nouenario constat etiam Climaterico anno. 91. Fuerunt etiam qui utrunq; recipiant numerum. 49. & 81. Minorem nocturnis genesibus maiorem diurnis ascriberent, Pleriq; subtiliter duos istos numeros discreuere, Septenarium ad corpus, Nouenarium ad animū applicantes hunc medicinæ corporis & Apollini attributum illum musis quia morbos animi, quos appellant Pathe, musica lenire ac sanare consueuerit. Itaq; primum Climatera annum. 49. esse prodiderunt, Vltimum autem. 91. Medium utroq; permixtum. 63. Quem hebdomades. 8. uel 7. Enneades conficiunt, Et hunc quidam periculosissimum, & maxime cauendum dicant, magnęq; esse uis ex utroq; numero multiplicatum, quiq; ad corpus, & animam pertineat, ut ex Trāquillo quadam epistola lætetur Augustus se iam annum Climatericum euasisse, ac Plin. ad Caluisium habes Climatericum tempus, sed euades. Ego tamen cœteris non duco infirmiorem, Nam utrunq; quidem supradictum continet numerum, sed neutrum quadratum, & ut est ab utroq; non alienus ita in neutro potens, nec multos sane quos uetustas claro nomine celebrat, hic annus absumpsit, Aristotelem naturali stomaci infirmitate lęsum, crebrisq; morbidi corporis offensionibus animi uirtute diu sustentatum, ut mirum sit ad Annos. 63. eum uitam pertulisse q̄ ultra non pertulisse, Ciceronemue. Ad annum autem. 81. Peruenere pręsertim, qui animi potius q̄ corporis naturam sectarunt Plato, qui hunc finem uitæ, & legitimum esse existimauit. Dionysius Heracleotes cibo abstinens, ut uita abiret, econtra Diogenes Cynicus cibi cruditate in coleram solutus, Erathostenes, & Xenocrates. Non pauci etiam per animi spiritum molestijs corporis superatis, limitem istum transgressi sunt, ut Carneades, uel Cleantes, qui uno minus. 100. expleuit, at Xenophanes. maior annorum. 100. Democritus quoq;, & Isocrates ferè prope ad id ætatis peruenit, Gorgias autem omnium ueterum maxime senex, ex Censo. 8. supra. 100. annos uixit.

Exemplis, experimento'ue, ac observatione, cum nullum uiderint æuo

nostro

nostro, neq; post Noæ diluuium. 120. annos excessisse. Ignaui ac insani uulgo dicant quid anni uitæ. 10. plus quid'ue anni. 10. minus.

Amentes immo adeo facti sunt, ut firmius antiquorum annos menses tantum fuisse asseuerent, & ratione firmantur, nam in ultima sunt mundi ætate ex Christigeris incorruptionem uia debilitati. Totus'ue orbis megacosmus, & microcosmus ueterascit senescit, ac corrumpitur continue phylosophi Metheororum. 1. ubi nunc arida olim mare, & econtra. Multum distantes à suo principio libro de mundo. Permixtione præterea ac elementorum inuicem corruptione, aut ignis ex Timeo, aut aquæ Mosis diluuio Albumasar introductorij. 4. Noe propheta uenerandus fugiens corruptionem, ac aeris frigiditatem ex Armeniæ montibus, arcam relinquens in Chaldeam, aerem quærens calidum se transtulit, ubi & naturę uigoratæ extiterunt. uel Arietis ac Libræ octaui orbis recessu à 9. Sphere capitibus uelut longo processu probare nititur Concil. differentia. 9. huius opinionis defensor acerrimus: cuius acutissimi enses tela atq; Achilles nostro hoc libro strictius annotantur. Aut erraticorum intelligentię Principatu Captiel Saturni Angelo primo duce. 2. Anael ueneris. 3. Satquiel Iouis. 4. Raphael Mercurij. 5. Samael Martis. 6. Gabriel Lunæ. 7. Angelo Michael sanctissimo solis pro fortunarum, ac diffortunæ genere mundo, orbi atq; homini imperitantibus. 354. annis, ac mensibus. 4. Lunaribus dierum. 354. ac. 11. tricesimis. uel Saturni, ac Iouis coitu, seu luminarium ecclipsibus quibus nouæ surgunt leges Deorum, Hebreorum, Mosis, Maumethi, Regna, ac noua imperia, uelut monarchę. 4. Aduentus Assiriorum, Persarum, Macedonum, Romanorum. Natura dein humana auaritię, gulę luxui, ac cupiditatibus dedita sex rerum usu non naturalium indebito debiliori facta, signo mendicantibus multiplicatis, mendicantium ordinibus. 4. multifariam in dies comparentibus; Hospitalibus tot, ac tantis miserorum, & pauperum locis. Immo terra solito steriliori effecta uni-

uerso ferè orbe, uelut præsenti anno. 1540. Fame undiq; exorta miserrima calamitate horrenda ex Homero, Misera miseris mortalibus mors est, miserrimum fame mori, ut certissime existiment naturam imbecilliorem factam declinasse, neq; etiam. 120. annis hominem superuiuere posse. Venetijs etenim ubi longeuiores solent multi candidi comparere senes, nunc quidem ex Patritijs nullus annum. 90. attingit, cum plurimi annis prioribus adessent, urbeq; tota uagarentur etiam Centeni habitu specioso decori.

De uita hominis igitur legitimoq; hominis obitu, & qua Fine annorumq; spatio censeri debeat, permulti quidem apud ueteres tradiderunt, qua in re cum inter se dissentiant, auctores pleriq; tamen centum annorum spatium uitæ hominum concedunt, idq; ipsum uulgato magis q̃ intellecto nomine, ut infra seculum appellarunt, missis Italia tota preconibus conuocatum ad ludos, qui nec spectati, nec spectandi iterum forent, sibillinis uersibus apud Zosimum, Latinis e Politiano redditis.

Ast ubi iam humanæ longissima tempora uitæ
Orbis agens annos referet centumq; decemq;
Sis Romane memor.

Ex censo. ad Q. Cerellium, A' Var. autem traditum est Dios. authoritate, qui syderum scientiam calluit, Egyptios Alexandriæ, quibus seruandi medicata cadauera cura fuit, subtili admodum, & arguta ratione deprehendisse, quo maxime uitę spatio ætas hominis æstimari debeat, sumpta ex pondere humani cordis ut supra coniectura. Hominum enim cor, qui integri suut ulla corporis tabe perierint; hoc ipsum pendens declarat, quoniam cum ætate si expendatur aucta, atq; damna referat, anniculi enim pondere duarum drachmarum bimi. 4. Et sic in singulis annis usq; ad 50. binas accedere, ut centum drachmis existat quinquagenarij hominis, cor ex eo deinde numero unoquoq; anno bina detrahi, ac minui, quo perspicuum est ab anno centesimo ad primam sui ponderis redire, neq; longius posse proferri ex Plin. ad Vespasianum Augustum ab Egy-

ptijs creditum humani cordis defectum non ultra centesimum posse homines uiuere ex Trebellio ad Constantium Imperatorem doctissimi mathematicorum centum uiginti annos homini ad uiuendum datos iudicant, neq; amplius cuiq̃ concessum dicunt. Adycientes Mosem ipsum, ut Iudeorum libri testantur, Dei familiarem 25. ac centum annos uixisse, qui cum interitum hunc: ut immaturum forte quereretur, ferunt illi ab incerto numine responsum neminem deinceps amplius esse uicturum. Sacris etiam in Historijs finem homini ueteres tribuunt uiginti annos supra centesimum ex Iosepho, Firmiano, & reliquis unde ex Gal. de anhelitus iuuamento uniuersaliter quicquid ex alio minus est eo à quo generatur.

Vitæ longioris ratiocinatio à Medico, & à natura tentata, atq; à Deo effecta hominis immortalitas. Cap. 2.



MAxime immortalem si possibile esset ex Gal. de partium usu. 14. conata fuisset natura suum facere hominem, non permittente autem materia Rasis. 1. Quia Deus qui sit benedictus hominis corpus ex corporibus fecit dissolubilibus non durabilibus, neq; stabilibus. Homo enim à natiuitate usq; ad senium. 15. 2. desiccari non cessat; donec nihil fiat, omne animal sunt humidæ substantiæ de animal. Prin. in eo fuit calor dissoluens humidum, & aer calidus circundans, Cum etiam quędam natura impossibilia eiusdem. 11. Deum ipsum non attentare, sed ex possibilibus fieri eligere quod melius, ex arterijs enim, & uenis ac materijs compositum non erat possibile incorruptibilem fieri. Nam quicquid solido, & graui corpore initium cepit aliquando ex Epicuro, ita & finem capiat ex phylosopho necesse est, omneq; ex Plat. sub oculorum uisu accedens, & corporeum solubile. Humana etenim caliditas post tempus consistendi minui incipit. 1. 1. aere

circundante materiam humidum. s. eius exsiccante, calore innato intus adiuuante, De dissolutione continua, Atq; corporis ac animi uitæ necessario motus labore, Naturæ'ue ad resistendum illi toti semper defectu, si omnes uirtutes corporeę in physicis probatum finitæ sint. Quo oportet necesse, & materiam destrui, atq; calorem extingui, etiam si infinitæ forent, dissolutione semper indies aucta, neq; illum tollerare ualente extraneo Cibariorum humore indigestione coadiuuante. Vnde improbat Gal. Tuen. sa. 6. ac de Marasmo phylosophum quadragenarium librum scribentem hominem insenescibilem permanere posse omnino, qui senex octogenarius postea se ipsum corrigens dixit, non omnes posse insenescibiles permanere, sed optime à natiuitate constructos, ac ab ipso diligenter procuratos. Cum Gal. enim crediderim ego omne generabile penitus corrumpi, Immo de uiribus, & potestate naturæ est cuius prouidentia fit, ut elementa itidem ipsa suis quasi numeris oriantur, concrescant, & obeant. Quod omnia æque animantia simili lege ad ortum, & obitum perducantur, ex Bardesane syrio, atq; Eusebio homo nascitur, alitur, crescit, commedit, bibit, dormit, senescit, moritur: Quæ omnia ipsi cum cœteris animantibus æqua ratione communia sunt. Hinc orta omnia ex Salustio occidunt & aucta senescunt. Pacuuius

Quicquid est hoc omnia animat, format, alit
Auget, creat, sepelit, recipitq; in se omnia
Omniumq; idem est pater in idemq; eadem
Quæ erunt de integro, atq; eodem occidunt

Omnia enim mixta phis. 1. t. c. 8. continent corruptionis uniuersale principium materię primæ, uel elementi in generatione de diebus criticis. 3. causę agitabilis non adherrentis uiæ uni, & ordini uni radix una, Hyle. s. priuationis ratione sibi associatę maleficium, ac destructionem semper machinantis, Quando enim est sub una forma, hac quasi fastidita, sub alia fore appetit, Ea autem non potest uelut cœli forma appetitum saciare materiæ, Ratione mate-

rię concretæ, quia mixtum ex contrarijs fere uiolenter (si miscibilia extra proprium locum ab uniuersali natura contrarietate sopita retineantur) stellarum enim cœliq; uirtute ignis deorsum sursum terra deducitur compositum. Formę cœlesti influxu, uel Alchochodea terminata. i. Cœli, & mundi, ac Meta. 12. ne motus fiat in non tempore uelut materia nunquam enim infinita uirtus in materiam recipitur finitam Phis. 8. Efficientis restauratione deperditi facta à calore nostro alimentum transmutante repatiente, cum omne agens phisice patiatur phisice. Finis nam cessante corruptione desineret. & generatio phylosophi. 1. de genera. Corruptio unius est alterius generatio. Numero'ue electorum ex legibus incompleto, neq; tot terra alere posset, Tum qualitatum in homine contrariarum, tum calore naturali se ipsum tandem per accidens bifariam parimente naturæ humidum consumente ex hoc aqueo humore indigestione consurgente causato quanto suffocante, ac quali extinguente frigido extrinseco, atq; calore, Rerum necnon naturalium usu. exterioribus'ue rationibus quibuscunq;, De modo uiuendi longius tota sani uita aperiendum, est uitam deficere necesse, id quod fuit possibile ei auxilium ad immortalitatem inseuit instar boni habitatoris ciuitatis qualiter ad totum, uel plurimum ciuitas asseruetur prouidentis, sed ciuitas siquidem intantum bene fortunata longitudine temporis fit quod non habeatur memoria habitatoris eius, nulla uidetur facta. Naturæ uero opera multis millenarijs annorum durant, & adhuc permanent, mirabilem quandam artem adinueniente ea quatenus semper pro animali quod corrumpitur aliud constituatur animal, nec ullum animalis genus deficiat maneat semper integrum, & immortale, sicut uisa est Venetijs Pomi aurei species ferè deperdi, ac deficere anno preterito. 1549. singulo uendito Pomo (& utinam comperiretur) solidis & ultra. 12. Nunc autem die Sabbati. 8. Februarij anni. 1550. insigni ac Faustissimo omine, quo tempus Beatis. T. Reiectis tandem contentionibus Spiritu sancto dirrigente reliquis

Cardinalibus, doctrina, uirtutibus, moribus, sapientia, ac Sanctitate prepositum uelut iustissime consuluisse uiderant Tum Augustissimus Carolus. 5. Imperator, Tum Christianissimus Henricus Francorum Rex, Resolutum demum per Reuerendiss. & Illustriss. Cardinales de Ghuisa uulgo Gallum, ac Farnesium, atq; à Sacratissimo reliquorum Cardinalium conclauio adoratione unanimi, in summum Pontificem electa est Aureę futurę ætatis fausto, ac felicissimo nuntio, abundantius nunc à diuersis exportata locis, atq; copiosius restituta. Omnibus animalibus organo conceptionis natura dedit quandam specialem uirtutem. s. delectationem copulans, futuræ uero uti eis animæ mirabilem quendam, & ineffabilem appetitum Constantini uiatici. 9. usus à quo excitata, & stimulata, ac puncta (si stulta, & iuuenilia atq; irrationabilia omnifariam prouideret de permanentia generis, ac si essent cum prudentia delectatione amoris effectu) Fœminarum'ue concupiscentia, seruandis animalium speciebus Rasis additionibus Dei actore primo, natorum amore eius miseratione, secundo, qui est hamus quidam.

Deus autem maximus, cui nihil est impossibile ex Nic. Fl. prohęmio, Hominem ad imaginem, & similitudinem suam plasmans, Ex Apollonio Tyaneo, quod autem sit hominibus cum Deo quædam affinitas qua solus omnium animalium Deum cognoscit, de propria natura phylosophatur, diuinę uocis particeps, formaq; Deo similis, & à Deo uirtutes habet, quibus Deo proximus redditur Apollo nos docuit, & utimur ex Phylosopho. 24. 2. phis. tanq̃ propter nos omnibus, quę sunt, sumus enim quodammodo & nos omnium finis. Vnde Eccl. 17. Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se uestiuit illum, uirtute forma omnibus inferioribus nobiliori dotauit, spirans in ipsum animam uiuificantem, cohercens potentia sua actionum omnia, Quia contrarietatum elementorum in ipso existentium impassibilem si Dei legem seruasset, & immortalem fecit ipsum, ut nec uitæ terminum maiori

historia aliquo tempore sciret, Nam licet Deus per intelligentias, & Cœlos in hęc inferiora operetur, nonnunq̃ tamen omissis his medijs, aut suspenso eorum ministerio immediate ex seipso illa facit, Et hęc maxima Dei sunt miracula, sic ignis in fornace chaldaica non combussit pueros, sic Sol ad Iosuæ Imperium à cursu suo diei unius spatio retrocessit, sic ad Ezechiæ petitionem lineis. X. seu horis regressus est, sic patiente Christo in plenilunio defectum sustinuit, operationes nullo rationis discursu, nulla quantumcunq; occulta, seu profunda scientia inuestigabiles attingibiles'ue, sed solum diuinis miraculis exquirendę, & addiscibiles; Transgresso autem Domini præcepto pœnaq; præuaricationis actionem contrarietatum elementorum quam prius ligauerat, sub lege naturæ, cœli, ac elementorum dereliquit eum. Vt offenso Creatore, offendi posse ceperit, brutorum impetum expauerit, expleto carnis desiderio corruptionem senserit, innocentia explosa nocere, nec minus noceri posse suo periculo didicerit, cum tempore declinauerit, immortalitatis statu amisso corruerit, per incrementa uiuendi ad mortem festinauerit ultimo terribilium alligatus, conditionem sortiti à quo generis propagationem incepimus. Ex paulo enim ad Romanos. 5. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerunt, Nam cap. 6. Stipendia peccati mors. Verumenim ex eodem, Si unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, ac iustitiæ accipientes in uita regnabunt per unum IESVM Christum, ut sicut regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam per IESVM Christum dominum nostrum. Occupatio ergo magna Eccl. 40. Creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum usq; in diem sepulturę in matrem omnium, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, timor, iracundia, contentio, fames, contritio, flagella, oppressiones, Modicum autem tanquam nihil in requie. Misertus ideo hominis pas-

sionis Deus ne homo à finis acquisitione breui uita, atq; morbo impediretur de frugalitatis sedis suæ solio in largitate sua Deus benedictus gloriosus atq; excelsus ex Mesue, & Eccl. 38. Altissimus produxit de terra medicinam, & uir prudens nec abhorrebit illam, quo Medicum honora, propter necessitatem etenim illum creauit Altissimus, Reuelauitq; Deus plurima Prophetis uiris suis prelectis, quos sapientiæ spiritu illustrauit, scientieq; muneribus dotauit, à quibus sapientes Phylosophiæ principia habuerunt uelut Indi, Latini, Persæ, Græci, Arabes, Hebræi, & quicunq; scientia claruere, artium principia, atq; medicæ artis archana reuelant, à Deo igitur omnis medela, ac medicina Eccl. ibidem. Da locum medico; etenim illum Dominus creauit, ut perhibeatur ex Isidoro ethimologiarum. 4. Apollinem Deorum numero receptum medicine fuisse inuentorem, comprobatur à Grecis, atq; Gal. introductorio, Græci artium inuentiones filijs deorum attribuerunt, uel proximis eis quibus dij eam artem enuntiauerunt, Itaq; & medicina primo quidem Asclepium ab Apolline patre eius discere aiunt, & hominibus tradere, de quo tu. san. 1. Potius noster Deus Aesculapius, atq; medendi. 1. Methodo si essemus de genere Deorum sicut Asclepius fuit, & per Medicos ministros suos de cœlo creatos, & illuminatos Deus uisitauit plebem suam ut à Morbis liberaret eam, Nam ex Mesue, sanat solus languores Deus, immo Deus ex Gal. de pronosticationibus uoluit prouidere ægrotantibus, qui cum hoc quod liberat eos, eripit perfecte, die qua predicit, Deum itaq; in cunctis præponæ, & præponet te; honora eum, & honorabit te, time Deum, & securus cuncta experieris. Humanum dein corpus de anathomia uiuentium cum sit compositum ad hoc, ut substentaculum motuum, & operationum diuersarum ex multis, ac diuersis instrumentis coniungitur nobilissime animæ. Ideo Alex. Aphro. 3. de Anima. c. 5. precipit, ut considerans de anima præsciat primo compositionis corporis humani mirabilia. Natura. n. idoneas ad animæ mores, & uirtutes corporis uniuersas animalibus corporis particulas

culas

culas construit, simiæ nanq; animæ ridiculose sic corpus apposuit, sicut ridiculoso animali corpus ridiculosum de usu Par. 12. Sic homini, quia rationabile animal solum diuinum inter ea, quæ in terra, ideo habet corpus optime constructum ad animæ uirtutem, animus reuera ex Plat. legibus omnium præstantissimus à qua influuntur ei potentiæ nobiles, & uirtutes multiplices, quarum ministerijs regatur, & saluetur inesse, ac prohibeatur à corruptione, & casu ueloci; Phylosophi ideo animæ. 2. plantæ non habuerunt sensum, liceat habeant animę partem, quia non fuit in eis complexio præparans ad se nobilem animam, seu formam; talis autem complexio perfectior est in homine temperato, propterea Gal. ex Commentatore animam quandoq; dicere consueuit corporis complexionem, ex principe'ue. 1. 1. hoc sic ex nobili anima & corpore compositum uocatum est homo, homo cæteris celsior animantibus iucunde secundum naturam uiuentibus, & excelsior Halyabbatis. 1. propria, quæ ei à Deo data est ratione. s. animo, & pręter naturam mente munere præcipuo, si homo. 10. Eth. cap. 9. secundum mentem maxime homo sit, Præterea speculatio, ac animi ratiocinatio simplicium facultatum. 2. insunt nisi diuinis, & proximis naturis eorum tantum: uelut homini. Ps. 8. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum: minuisti eum paulominus ab Angelis, Creaturæ duæ intellectuales, immo Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis: ex Hier. Non solum in Christo uerum in homine quocunq; locum habet: Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius. Halyab. 1. Super eminentem Deus fecit hominem super omnia, quæ condidit animalia, & plantas, & dedit illi Eccl. 17. potestatem eorum quę sunt super terram, posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum, & uolatilium, Elephas homini obuio solitudine erranti clemens placidusq; ex Pli. Viam demonstrat: hominis uestigia ante huius uisum contremiscit

circunspectat & expauescit, Tygris feris cunctis truculentior uiso homine catulos protinus transfert, & plura his similia apud scriptores, Vnde ex Philostrato Tyaneus uiso puero ingentem elephantem ducente (roganti damo) cur hæc tam uasti animalis erga paruulum obedientia, respondit id esse tremore quodam actiuo homini ab opifice immisso quem præsentientes inferiores creaturę, & animalia omnia ipsum hominem timent, & reuerentur, qui est uelut Caracter terrificus, & signaculum Dei homini impressum, quo quæcunq; illi subyciuntur superioremq; agnoscunt, siue seruus, seu animal. alioquin nec puer regeret armenta & elephantes, neq; Rex perterrefaceret populum, nec reos iudex, ut qui optimam egerunt uitam hac potestate fuerint insigniti magis, sicut Sampson, Dauid, ac Daniel in leones, Heliseus in ursas, Paulus in uiperam, multiq; Anachoretę deserta inhabitantes, unde Hermes ô Asclepi magnum miraculum est homo animal honorandum, & adorandum: hic enim in Dei naturam transit quasi ipse sit Deus, hic Demonum genus nouit, utpote qui cum iysdem ortum se esse cognoscat, hic humanę naturę partem in se ipso despiciens alterius partis diuinitate confisus anima supra omnem intellectum essentiali quodam diuinitatis contactu omnia cognoscit, ex Trimegisto homo cœliculis præstantior, uel æqualis saltem. Inest enim animis nostris quędam uis perspicua, & capax rerum omnium. Homo ex Plat. Mercurio, Xisto, Pythagoreo, atq; Paulo Dei templum estis uos, & disciplina intellectus repleuit illos, mala & bona ostendit illis, sicut Anaxagoræ processu demonstratur. Si autem res sint, quę sensum effugiant, necesse est nobis addamus ad sensum ratiocinationem, Qui. n. solis experimentis absq; ratione utuntur interiorum. 5. non possunt ea, quę raro contingunt cognoscere, Nihil enim sue menti accommodant, nisi quę multoties probauerunt, unde nonnulli sunt, qui mentis aciem longe clariorem q̃ corporis iudicant, atq; hebetis obtusiq; putant omnia sensus testimonio, nihil autem probare ratione, age igi-

tur, & argumentis ex media sumptis phylosophia demonstremus. Cum enim quis artem quamlibet. 1. 1. ad actum ducere uelit, duobus uti necesse est instrumentis, experimento. s. uia regia rerum magistra, & ratione rem ex causis probandam iudicante, quorum primum timorosum, secundum uero difficillimum; nam Plat. Menone uirtus doctrina, natura, & usu, seu exercitatione acquiritur. Sicut bona ratio experimentum decoratur, sic mala ratio. 1. med. meth. ipsum dedecoratur sapientis enim ratio consilium inuenire consueuit de dinamimibus. Demonstrationumq; duplicia sunt principia de alimentorum uirtute secundum genus, aut enim ex sensu, aut ex intelligentia certa omnis demonstratio, & fides incipit, Ac necessarium est nos, aut altero eorum, aut ambobus uti ad inuentionem propositæ intentionis. Omne enim quod quæritur in medicina de diebus crit. 1. Et de quo fit inuestigatio, duobus modis experitur, & declaratur experimento, & ratione, uel de per se separatim, uel insimul. Nam de compositione medicamentorum ad loca. 8. Qui enim solam experientiam aggregat expectat Periteosim, & historiam antiquorum colligit, quæ enim sunt mente percipere, & oculis cernere licet de arte Hip. Sed quę non sunt non æque perficiuntur, & quę oculorum uisum effugiunt mentis ea uisu cernuntur ibidem. Dein phylosophia Gal. philosophorum historia est uirtus cognoscitiua, & operatiua optimæ uitæ, optima uita est secundum uirtutem. Homo autem solummodo inter omnia animalia habet manus, quo & bipes solus, & quia est Princeps, & Rex omnium animalium fuerunt omnia alia demisso capite ipse solus elati in cœlum capitis de iuuamentis membrorum 4. Ex Poeta,

Pronaq; cum spectent animalia cœtera terram
Os homini sublime dedit cœlumq; uidere
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus.

Solusq; omnium animalium de utilit. par. 3: atq; part. animal. 4. Homo rectus utiq; stat, ut etiam ad extremum usq; spiritum fortes

uiri stare debeant: Vespasiani principis testimonio dicentis Stantem Imperatorem mori oportere: uelut excell. comitem Guidonem Rangonum euo nostro uidimus recessisse, sicut & solus sedere omnium monstrabatur, solus oblita reminiscitur de animal. Prin. solus lib. 4. loquitur uocabula format, & è cannis pulmonis sermonem extrahit: licet linguæ amplę aues imitentur uocem hominis, Ideo putauit Pytha. rationales, & animalium, quæ dicuntur irrationalia animas: non tamen agere secũdum rationem corporum discrasia, propterea loquela nec participant philosoph. hist. Sicut apparet in simijs, & canibus: intelligunt. n. non autem possunt dicere, quę intelligant: craseos enim immoderatione masculi, & fœminæ haberi rationem, non enim aliæ diuersitates pręter terram, quę uineam nutrit uinum permutari faciunt. Nullum'ue bipes. s. generat sibi simile nisi homo. Solus habet pilos. 13. palpebra superiori custodia maiori, ac sub alis. solus supercilia, solus genas. Nullum animalium præter hominem. 3. Eth. cap. 4. sponte agit aliquid, Temperatior rerum, & non animalium tantum uerum enimuero. 1. 1. omnium corporum. Dei (ex sacris literis cum omnia) quę in Deo sunt contineat. expressissimum simulachrum. Omnium Symbolum, cum omnibus operans, atq; conuersans. uelut omnium nexus uinculum atq; nodus, cum materia proprio subiecto, cum elementis quadripartito corpore: cum plantis uegetatiua uirtute, cum animalibus sensitiua, cum cœlis æthereo spiritu, atq; partium superiorum in inferiores influxu, cum Angelis intellectu & sapientia, cum Deo omnium continentia ac scientia, si pro adęquato obiecto habeat ens in communi, ex quibusdam uerum in quo comperitur nihil quod diuinitatis aliquid non fulgeat, se ipsum cognoscens, Dei filius solus efficitur, & cum Deo unitur, ut inde omnia attrahat sicut magnes ferrum quousq; dein in immortalitatem denuo glorificetur. Ex Trimegisto diuinam Trinitatem confitente descriptam intellectu uita & fulgore, alibi uerbo, mente, & spiritu hominem ad imaginem Dei factum Trinitatem representare ait mente intelligenti, uerbo uiuificanti, &

ſpiritu uelut fulgore diuino ſeſe undiq; diffundenti omnia replenti, mouenti, & connectenti, ſicut ex Plotino, ac Platonicis homo tria habet ſupremum diuinum mentem portionem ſuperiorem intellectum illuſtratum: Geneſis Moſes ſpiraculum uitarum à Deo, uel eius ſpiritu in nos ſpiratum infimum ſenſitiuam animam: idolum ex Paulo animalis homo medium ſpiritum rationalem animalem animam utraq; connectens extrema, atq; ligans. Quo cum ex phyloſopho, ac Auerroi anima noſtra ſit intelligentiarum ultima, & intellectus ex Plat. Philœbo ſit cœli, & terrę rex, neq; animal corruptibile perfectius ſit homine. 2. Cœli. 63. ut perfectum omnium animalium Politicorum. 1. ſit homo. Ideo Bimanus: animalium enim. 14. Par. uſu plurima differentia: qua à plantis recedit omnium imperfectiſſima unum tantum ſenſum habens. ſ. tactum, ut oſtracorum plurima, quæ ſunt paulominus plante, abſcedunt ab his moueri apta, adhuc ab his magis quibus odorum organum factum eſt, multo adhuc quibus auditus, prope perfecta aſcendunt quibus, & hoc, & uiſus, ſicut piſces. Sed tamen nec his ſunt pedes, & manus, quæ habent Leones, & canes, ſed ſi uelut manus, adhuc magis urſi, & ſimie, Perfecta iam manus ſolis hominibus, ſicut & uti debens ea ratio, qua diuinius nullum innaſcitur animali morali, ut homo omnium animalium perfectiſſimum: ſic maſculus fœmina caliditatis excellentia primum naturæ organum. Contra Anaxagoram animal. 12. ſenſus intus, & extra nobilioris. 1. ac. 2. atq; maioris longe cæterorum animalium conſimilis magnitudinis cerebri, uel medullæ. 13. animal. Teſte ſenſu, & phyloſopho hiſt. 1. ideo prudentiſſimus. In corpore'ue cœleſti, nec ſit potentia, ut corrumpatur, neq; poſſit ex ſe ſecundum ſuam naturam recipere tranſmutationem. 83. 8. phiſ. ac de ſubſtantia orbis cap. 1. 2. 3. Quia non habet contrarium. 12. meta. t. c. 41. ac Cœli. 1. c. 20. ad Cœli naturam accedentia hominum corpora omnium inferiorum corporum digna magis: admodum auri puri inter metalla ſuper reliqua nitentia, diuina, Fecit

enim Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, opus autem diuinum est intelligere, & sapere. Solus autem animalium intelligit, ac sapit homo. Dei nexus, & mundi lib. florum, super mundum existens, soli Deo subiectus. Phylosophi secretis ad Alexandrum non creauit Deus altissimus creaturam homine sapientiorem, neq; existit in aliquo animalium quod in eo non existat audax ut leo, timidus & pauens ut lepus, largus ut gallus, auarus ut canis, durus & austerus ut coruus, pius ut turtur, salax ut cuniculus, syluarum cultor ut hinnulus, malitiosus ut leena, & bubo, priuatus domesticus ut columba, uersipellis & dolosus ut uulpes, simplex & mitis ut agnus, uelox leuis & agilis ut dama: humilis ut pardus, piger ut ursus: preciosus carus ut elephas: uilis stolidus ut asinus, rebellis ut prauus rex: obediens humilis ut pauo: garrulus ut structio: utilis ut apis & equus, dissolutus uagabundus indomitus ut taurus, recalcitrans ut mulus: mutus ut piscis: luxuriosus, ut porcus: noxius ut mus, rationabilis ut Angelus, & uniuersaliter nullum ens reperitur (ueluti de homine scribimus) nec Cœlum nec planeta cuius proprium non comperiatur in homine, ideo microcosmus. 8. phis. 17. & 57. paruus seu minor mundus: & Prothagora authore. 10. mett. t. 5. omnium metrum. Ideo maximum & pulcherrimum entium mundus: animal uero sicut paruus mundus. Solaris particula de usu part. 4. in homine oculus. Vnde institutionum. 4. Rubrica de iniurijs, nonnunquam & loci uulneris atrocem iniuriam facit ueluti si in oculo quis percussus fuerit. Quo sectarum lib. medicina secunda phylosophia perfectissimum habens subiectum humanum. s. corpus, Contrarijs minus affecta, corpora hominum Halyab. 1. apud Deum reliquis corporeis digniora honorabiliora'ue ab his'q; honorata magis natura doctrina prudentia, & usu quacunq; ratione longiori decorantur uita.

Exemplo, Experimento, ac obseruatione Vitam Hominis ad . cxx. Annos & amplius accedere posse. Cap. 3.



VVLGARES *simpl. facul. i. Iudicant sine Iudicio neq; intendunt tueri aliquam sententiam quam sciuerunt.* Philosophi *nominantur cogitantes.* Medici *experientes.* Vt *oporteat. 8. par. vsu. 6. ac. 7. credere oculis videntibus, & manibus tangentibus, neq, existimo vllum sermonem sufficere, sed sensibus oportet docere de anatomia uiuentium,* Nam *simp. med. 1.* Experimentum *prius inuenit quantitatem medicinarum simplicium & compositarum, cuius numerus non comprehenditur per multitudinem, quæ iam fidelis est, et credita.* Certificamur *autem ratione, quæ nos ad certam exploratamq; disciplinam tantum trahit, immo ratiocinatio super rem cuius uirtus experitur quando est longinqua a sensu est non secura quin ingrediatur eam error,* Sensus *enim est res inuenta in animalibus quibus non est ratio.* Qui *enim destruunt quod apparet sensibus uisibiliter non possunt dicere ubi ponunt principia demonstrationum, & radices eorum nisi ex sensibus, quoniam credunt, uel confidunt per eos,* Nam *si res omnes caderent sensibus nostris manifeste non dubitaretur in aliquo, neq; esset ambiguitas per illud, dimittere sensum propter rationes. 22. 8. phis. est imbecillitas intellectus.* Vere *conclusiones non declarantur, nisi à propositionibus, & propositiones à sensu. 22. 1.* Cœli, *ac 7. 3. de anima,* Et *experimentum sermonum uerorum non est, nisi ut conueniant sensatis, & non econuerso,* Vt *opinio. 26. 8. phis. cui contradicit sensus non sit bona.* Verum *cum res sint, quæ sensum effugiant necesse est nobis addamus ad sensum ratiocinationem: necessarium est prius semper, ut ponatur imprimis res inuenta uisibiliter postea causa inquiratur.* Sensibus *quinq; primo tactu, gustu, odoratu longinquius uisu medicinæ dignoscuntur eiusdem. 4. li:*

cet tactus uitæ sit utilis magis, ac necessarius animæ. 2. animal est animal propter sensum tactus: cuius destructione aliorum sequitur priuatio eorundem sensatione facta quodam specierum rerum sensibiliū ad ipsa organa tactu, Atq; sine gustu uiuere nec valet animal: cui deseruit olfatus non simpliciter necessarius, & utilis animalibus quibusdam solum quo cibum quæritant, Auditus tamen, ac uisus intellectus duę: ac rationis portæ eminentiori corporis parte collocati post tactum: & gustum uitæ utiles quibus animalia multa sibi uitam uisuq; procurant magis: quo meta. prohæmio sensum uisus omnium sensuum acerrimum iudicem plus diligimus, quia plures rerum differentias nobis demonstrat: Ideo simp. facul. 5. sunt etiam medicinę uisum acuentes: sed non audiuimus medicinas: quæ acuant auditum, olfatum, nec gustum: nec tactum: potiori quoq; puritatis ordine oculi supremi purissimi ignis lucisq; naturæ cognati à longinquo: ideo percipientes sicut aures: seu auditus. 2. loco, ac puritatis ordine aeri comparatus, tertio odoratus inter aerem & aquam medius aere medio non appropinquantia percipiens: Gustus dein crassius aqueæ naturæ non nisi propinqua sentiens. Tactus postremo per totum diffusus terrę crassitudini deputatus utroq; sentiens modo, & propinqua corpora uelut uisus aere medio uirga media sentit, & baculo dura mollia humida solus omnibus animalibus communis homini certissimus quo ac gustu reliqua pręcellit, Canis autem homine acutius uidet Audit, atq; olfacit: uident melius lynx, & aquila. Vita igitur longa uisu dignoscetur propius. Longum tempus. 3. med. meth. in experimento rerum temptandarum est necessarium. Quia maxime oportet eiusdem. 9. exercitari eos, qui discunt aliquid in exemplis. Non enim sufficiunt uniuersales methodi ad certissimam cognitionem, potiora uero exempla ea quorum ipsi inspectores facti sumus. Experientia sola de Alim. non pauci medicorum uirtutes alimenti inuentas esse pronuntiauerunt: eorum enim, quæ multotiens inuenta sunt obseruationem, & memoriam comp. med. ad loca Ex-

perientiam

perientiam esse aiunt, Serapio & Minodotus de subfiguratione empe-
rica, opere enim oportet magis quam ratione ostendere artem, neq;
sophista, neq; Demosthenes peritissimus suaderet unquam, ne com-
mitterent se homines his, qui uere per opera ostenderunt hanc artem.
Quantum autem uincat in unaquaq; arte ratio adiecta his, quæ ex-
perientia cognita. Deridendiq; sunt Medici de optima heresi qui-
cunq; iudicium eorum, quæ apparent non sensiterijs, sed demonstra-
tione aliqua tentant facere. Eorum quæ apparent, & à semetipsis
comprehenduntur iudicatoria sunt sensiteria, eorum quæ non à seme-
tipsis, sed ab alijs comprehendunt' iudicatorium est obseruatio. Cre-
dere nanq; oportet oculis quando euidenter uident de optima doctri-
natione, & linguæ quando gustat, an hoc quidem esse pomum, Hoc
autem ficum non credis, sed ego sensibilia quidem per ea, quæ eui-
denter apparent, intelligibilia uero per ea, quę euidenter intelliguntur
habeo credibilia. Siquidem aliquid apparet à seipso euidenter se-
cundum sensum, uel intellectum hoc non indiget quęstione, si uero
aliquid non est tale eget notitia ab aliquo, quale est oculus in corpo-
re tale est in anima intellectus, naturalis enim machinatio de Septi-
mestri partu cuncta in oculos, uel aures, uel nares, uel os transfert,
siquidem nobis tuen. san. i. ad omnia uitæ munia sensus ubiq; iudex
est, atq; de uictus ratione Hip. oculis magis q̃ opinioni credatur de
Plat. Neq; enim possibile est, nisi exercitemur multifariam, in par-
ticularibus agere, quæ oportet, neq; ipsam exercitationem fieri con-
tingit competenter sine uniuersalium cognitione, nam in illis quidem
Methodi, exercitatio uero. 9. med. meth. in particularibus, ac. 14.
quædam excogitantur quidem à ratione, firmantur autem ab experien-
tia medicinæ enim uis de mandatis Hip. Cogitatio commemoratio'ue
quędam ex rebus sensu perceptis constant, nam sensus imagine qua-
dam clara apertaq; ducitur, qui prefectus præpatiens'ue cogitationi
mentiue, quæ subsunt nuntiat, quę suscipit, sępeq; quale, quantum,
quid'ue eueniat considerat. secumq; uolutans musitat, tanti iudicium

sensuum existimauit Arist. Vt ubi iste adsit uanum putet quærere rationem, atq; illos præinsanis habendos Gal. putat, qui cum ex sensibus possint habere probationes eas ex demonstrationibus petendas censent, unde Auicenna eos qui sensibus credere nolint igne exurendos aut flagellandos iudicauerit, ut dolorem sentientes sensuum iudicia uera esse perciperent, cur enim nobis oculos, & reliquorum sensuum opificia natura concessit, nisi ut ad prospiciendam inuestigandamq; ueritatem proprijs possimus niti subsidijs. Fallax est, quæ uerbis solum perficitur errabunda confirmatio, & asseueratio cum garrulitate, quapropter factis inhæreo, & quæ demonstratione operis circa hęc plurimum persistito, qui facilem, & nunquam erraturum usum habitum'ue, quem medicinę peritiam nominamus, nam utilitatem maximam languentibus; & his, qui bene operantur dabit, & comparabit. Oportet igitur omnium, & quę dicuntur usus par. 4. per se inspectricem experientiam fieri. Dinumerentur ideo.

Qui antiquiori æuo ante, & post Noæ uniuersiuæ diluuium ultra. 120. annos superuixere. Cap. 4.



PLVRIMI ante diluuium re uera, atq; ex Augustino de ciuit. Dei. 15. nongentos attigerunt annos nemo tamen ad mille peruenit. Aetatis prolixitas diuino miraculo, tum ad multiplicandum genus, & ad scientiarum principia inuenienda, tum etiam natura (quia homines melioris erant temperamenti; ac maioris uigoris, tunc enim multo maiora habebant ossa quam nunc ex Plin. supra. Quis enim æuo isto non minor suis parentibus nascitur, licet pleriq; definiant nullum posse excedere longitudinem. 7. pedum quod intra hunc modum Hercules fuerit. Deprehensum est tamen Romanis temporibus sub diuo Augusto Pusionem, & secundillam denos pedes; & amplius ha-

buiße proceritatis quorum reliquia ex Sol. Adhuc in conditorio Salustianorum uidentur. Postmodum D. Claudio Principe Gabbaram nomine ex Arabia aduectum. 9. pedum & totidem unciarum. Priscorum autem molem testantur etiam orestis suprema, cuius ossa olympiade. 58. Tegeæ inuenta à Spartanis oraculo monitis didicimus implesse longitudinem cubitorum. 17. Scripta quoq; ex antiquitate memoriæ accessunt in fidem ueri quibus receptum est quod bello Cretico cum elata flumina impetu plusquam ui amnica inuecta terras rupissent post discessum fluctuum inter plurima, humi dissidia humanum cadauer repertum sit cubitum trium atq; 30. cuius inspectandi cupidine L. Flaccum legatum, Metellum etiam ipsum impendio admodum captos miraculo quod auditu refutarant, oculis potitos, non omisserim Salamiam Euthymenis filium creuisse in triennio tria cubita sublimitate. Ne etiam magnitudo gigantum uideatur incredibilis testatur sacra historia se uidisse molarem dentem quo centum dentes secundum nostrorum modulum fieri potuißent, Romæ quoq; circa annum CHRISTI. 1044. corpus gigantis inuentum est immensę magnitudinis incorruptum cum lucerna flatu inextinguibili ex cronicis. Vt ex eodem. 16. post benedictionem filiorum Noæ annorum. s. 942. usq; ad Abraham nulla fiat mentio aliquorum iustorum, nec eos tamen defuisse crediderim, sed si omnes commemorarentur, nimis longum fieret, & hæc esset magis historica diligentia quàm prophetica prouidentia. Vnde cum prima ætas sit annorum 2242. pauci admodum dinumerantur, qui diutius superuixerint ab historicis, utputa Adam & Eua primi parentes. 930. annis, Seth. 912. Enos 905. Caynam 910. Malaleel 895. Iareth 962. Enoch iustus in paradisum cum Helia uiuus translatus. 365. Matusalem. 969. Maxime omnium senex quo ad annorum multitudinem, quos scriptura commemorat, cum enim. 500. annos haberet, dixit ei dominus, edifica domum si uis quoniam adhuc. 500. annis uiuis, Respondit, propter tantillum

temporis non edificabo domum, & sub arboribus, ac circa uepres, ut prius consueuerat obdormiuit. Vnde. 15. absurdum non est quod Cayn ædificauerit ciuitatem cum uix uiros quattuor tunc fuisse scriptura dicat, quia non omnes numerauit, qui tunc esse potuerunt, sed illos tantum numerare necesse putauit quos suscepti operis ratio postulauit. Lamech autem uixit annis. 777. post diluuium uero Noę superuixit annis 350. Vt uitę totum tempus annorum. 905. fuerit. Ianus de quo cap. 22. 800. Sem eius frater, qui fertur fuisse Melchisedech, à quo post diluuium primo condita urbs Salem Hierusalem postea annis. 600. Arphaxat, à quo descendunt Chaldæi 338. Sale, à quo Sarmate, & Indi ex quibusdam Hierusalem. 433. Hebor, à quo Hebræi. 467. Phaleg. 239. Reuuel Ragau. 302. Saruch. 230. Nachor. 148. Thare. 205. Aram pater Loth 205. Abraham Tharæ filius. 175. Vt Saray, quæ uixit annis 127. huius uxor diu sterilis gratia tandem diuina fœcundata nonagenaria pariat Isaac, qui annis. 180. superuixit. Iacob 184. ex alijs. 147. Leui. 137. Caat. 133. Amram. 137. Iob uir sanctus positione Gregorij Lirę & reliquorum doctorum post flagella uixit annis. 140. Aaron primus Pontifex à Deo electus psal. 104. Misit Mosem seruum suum, & Aaron quem elegit ipsum frater Mosis. 120. uiuentis annis. 123. ex alijs. 133. Ioiada summus Pontifex anno ab exordio mundi. 4300. ante Christum. 899. uixit annis. 130. Auus Iarchę phylosophi Indi quem interpellat Apollonius Tyaneus totidem. Saturnius Volusius. 136. Titus Fullonius. 157. Epimenides phylosophus Cretensis Sedechię regis tempore. 177. Explin. 157. naturalis historiæ. 48. 7. Vbi quam leuius portiones anni uarias pro anno ab Arcadibus Aegyptijs alijs'ue dinumeratas annum ex tribus tantum mensibus, uel 4. uel 6. constasse demonstrat. Vt antiquorum quosdam millia annorum singula uixisse fabulosius prodiderit. Simon Cleophæ filius frater Iudæ Hierosolymorum Episcopus annorum. 120. Crucifixus



est anno. 94. post Christum, quo Onesicritus Indiæ partibus ubi umbræ, nec sint, homines annis. 130. uiuere retulit, nec senescere, uerumenim medio æuo mori, Ctesias gentem Pandoræ in conuallibus, aut India sitam ultra æui nostri terminos permanentem annis seu. 200. uiuere in iuuenta candido capillo, qui senectute nigrescat. Artemidorus Taprobana insula longissimam uitam sine ullo corporis languore traduci testatur, & quibus immatura mors est in annos. 100. Aeuum trahunt alijs omnibus Ptolomæi geographica annosa ætas, & pene ultra humanam extenta fragilitatem.

Qui Aeuo nostro præsenti ultra Annos 120. superuixere. Cap. 5.



ICVT *in Stadio cum extreme fiat concertatio, non sermonibus adhuc, neq; delirationibus prolixis sed ipsis operationibus, ad quæ prouocor de Pharmacorum virtute ex Platone'ue, de amatoribus, haud sanè in disputando, sed in agendo potius seipsum demonstrabat. Cumq; nulla alia, inter tot, de vitæ longitudine ambiguitate relinquatur via ad sensum iudicem confugiamus. Secundum populosissimam hanc ciuitatem in qua mille icterici mille* Hydropici *inueniri possunt, certissimo omnium sensu, qui per oculos, de vsu part. 15. maxima, & plurima eorum, quæ insunt corporibus, à longe dignoscente colorem, magnitudinem, figuram motum positionem distantiam numerum. Ideo quæ videmus describere facile Gal. pronosticorum. 1. quæ autem non difficile, & raro, sed cum magis ueritas institutionum. 3. rubrica de gradibus cognationum oculata fide quam per aures animis hominum, infigate. Ideo necessarium duximus potest narrationem, etiam eos præsenti libro insit ibi quatenus possint ad auribus, & oculorum inspectione homines perfectissimam longo uiuent iam doctrinam, seu uitam adipisci. Eodem itaq; simi-*

siue modo populosissima æui nostri Venetorum urbe mille multorum annorum, mille longissime uitæ comperientur. Quiq; æuo presenti. 120. annos excesserit aliqui, si inquirendi nobis diligentius ocia darentur, pretermisso uerumenimuero Ioanne de temporibus Caroli magni Imperatoris armigero Anno mundi. 6000. domini autem. 800. circa annum Christi. 1106. moriente annis. 306. alias. 361. superueniente, ex poeta, & quem fama refert hiemes uidisse trecentas, ac Ricardo socio. 400. Florentino presbitero annorum. 123. Vincentio confessore. 120. Hercmo. 324. Romualdo Rauennate conciui meo eremita. 120. Excelio Marino quodam. 123. Lucia tertuleia ariminensi. 137. Cronio Anachoreta. 155. Patritio secundo niuernensi Episcopo. 122. Helia Anachoreta. 120. Zaconus ex zaconia Laconia, seu Lacedemone Peloponnesi, nunc Morrea præsentibus temporibus anno Christi. 1536. annis fere. 130. superuiuere uiuentes testantur magnificus, ac Patricius Venetus fide dignus Dominus Augustinus Canalis, & D. Ambrosius Cauopenna Edinæ nobilis, ac alij plures quos allocutus sum, & qui zaconum comedentem, & bibentem allocuti sunt, immo alterum eadem urbe adesse confirmant ultra. 130. annos superuiuentem. Atq; hodierno die adest uir Venetorum classe militans sexagenarius patrem habens auum, & pro auum, uiuentem adhuc, neq; fere possibile. 120. annos non excedentem Mariano item Venetiarum castro ubi uitrea decantata pulcherrima confinguntur uasa ære ibidem ob ingentissimos ignes puriori Epirotam Georgium nomine uidisse in hospitali omnium sanctorum annorum plusquam. 120. rettulit mihi magnific. D. Sanct. Barbadicus aduocatus Venetus clarissimus. Quo præsente male febre affecto ac me curante magnificus D. Laurentius filius illustriss. D. Andreæ Gritti Venetorum Ducis anno Christi. 1536. fidelius confirmat se in Egeo mari quod arcipelagum appellant uidisse uiros duos. 130. annorum, ut celeberrimus testis D. Vincentius

Guidottus Venetorum à secretis Vngarię agens anno .1521. pręsente Cardinali Strigoniensi curiaue tota castro Dreghel equorum domitorem equo adhuc currentem .125. annorum approbantibus quibuscunq; castri conciuibus uiderit. Atq; & alij ultra .120. annos nunc quidem superuiuant quam plurimi, ut mira nec sint fabulosa a Plin. loco supra examinata Hessodi Anacreontis'ue Poetæ de Argantonij Tartesiorum regis uita annorum .150. Atq; Cyneræ cypriorum Regis annorum .10. amplius, ut Liuius Podocattr Cyprius Archiepiscopus eminentis. Longam sibi uitam regum suorum admodum sibi ipsi rectorum uiuendi modo equali tum ferme temperamento diuina tum Iesu ac cœli gratia contemplum e sanctiss. elimosinis a Christo accipiens promittere ualeat. Aeginio .200. theopompi Epimenidis .157. Hellanici ac Damiatis Aetoliæ Epiorum gentis .200. pictorei ex his præcipui corporis uiribus .300. Ephori Archadum regum .300. Alexandri Cornelij Dandonis cuiusdam Illirici .500. Xenophontis in periplo maritimorum. Regis 600. Filijq; eius .800. Aethiopum ex Herodoto .130. Sibillæ Cumone .14. Ouidij.

Nam iam mihi secula septem
Acta uides superest numeros ut pulueris equę
Trecentum messes trecentum musta uidere

Hyperboreorum populorum anni mille. Tithonum ex poetis alterum Nestore senissimum. Cirnę indorum .140. annorum Veneta enim hac nostra urbe hora præsenti quot piscatores quot mulierculæ quot uiles urbe tota uendentes altę clamantes, diuæ margaritæ plebanus Antonius Madius de Montagnana alias Veronensis Xenophontis scribę Auogariæ socer suis omnibus uigens sensibus ac membris immo dente nullo carens .104. nunc complex annum & quamplurimi centeni spatiantur decori; cogitur itaq; dicere Plin. in Tmoli montis cacumine tempsim uocato annis .150. solaribus duodecimus mensium homines superuixisse. Quo Auenzoar solum

reputat bonum medicum Auer. qui. 135. Annis superuixerit. Quem maximus Cous Hippocrates. 169. & magnus Galenus 140. annorum ex nonnullis superant tanta in cibo & potu abstinentia, ut ad sacietatem nunquam comederint, aut biberint, nec crudum quicquam unquam gustauerint, unde sit factum, ut odorificum semper anhelitum spirarent.

Cur Pontificum supremorum nullus ad Petri annos peruenerit. Cap. 6.



VITam enim ad hoc maximum honorum fastigium accersiti omnes elegerunt extremam. Nullus autem mediam, utpote uiuendi modum uel neglectissimum ac infimum, aut Christi amore, uel ut appareant hominibus ieiunantes Matthei. 6. cum ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritę tristes, exterminant enim facies eorum. Verum enim Gal. 1. 8. sanis dieta datur bifariam, aut ut custodiatur, aut augumentetur & confortetur uirtus, cibus ergo grossus auget, moderatus custodit, subtilis uirtutem minuit, ideo sanis cauendus. Nam de pulsuum causis soluitur uirtus cibi indigentia. Dein animus cibo conferente constantior fit de Vic. rat. 1. quam si eo egeat uacuus ue sit, semel die commedere. 2. emaciat siccat uentrem sistit natura cum calor humidum uentris & carnis consumit, prandere uero contraria facit, ac uerbo acutorum. 2. 23. similiter autem, & qui bis die commedere consueuerunt si prandium dimiserint, corpora eorum in sese deficiunt atq; ab omni opere exeunt, non ualidi languidi timidiq; ad omnia redduntur præcordia dolent adeo ut uiscera illis suspensa esse uideantur, quidam autem oris amaritudinem oculos obductos tempora formicantia frigidos sentiunt articulos. Ac uerbo. 24. Plurimi uero qui prandium obmiserunt cenam nequeunt explere, qui si cenauerint stomactus

eius grauatur somnum uero molestiorem quam si pransi fuerint ducunt. Vt. 25. accidentia sanis immutatione dietę praua. Etenim 26. qui semel in die contra consuetudinem comedendo tota die uenas euacuauerit, & post solito more cenauerit grauatur corpus prætermisso prandio uexatione corporis, ac defectione, post cœnam uero grauedine sequente. Vel si iterum cenent. 27. post largiorem uenarum exinanitionem multo magis corpus aggrauatur. Ex hominibus est de dieb. Crit. 2. cuius corpus ualde uelociter resoluitur. Quare non est possibile moretur mora longa sine cibo quamuis sit ante id fortis tollerans, aut accidit ei in stomacho nocumentum quando est uacuus. Quorum uero. 29. in summo corporis colera dominatur ipsi plurimum hoc molestius patiuntur si ieiunauerint duobus dicbus. 10. med. meth. necesse est eos febrire quemadmodum quosdam iratos, uel contristatos, uel uigilantes, calidis enim ac siccis habitibus contrarijssima, & febrilissima causa ieiunium. Semel autem die comedere Rasis. 4. corpora habentibus macra, & sicca nocet. Quo uerbo. 31. maxima quoq; mutatio eorum, quæ nostræ naturæ accidunt maxime generant morbos. Toties edat igitur Rasis. 4. quoties assueuit.

Proprium inde corpus à frigore calore, ac labore, nec custodiunt, reliquis'ue rebus homini necessarijs neq; utuntur recte. Nam. 2.78. de acut. uic. iuuat itaq; corpus, & uenas præter solitum exinanientem tueri à frigore calore, & labore, hominis etenim complexio casu aliquo subito immutatur, ueluti exercitatione nimia, caloris frequentia, & huiusmodi quorum usu nimis intenditur quandoq; calor, unde gignatur febris, quia passio in his duplicatur, quoniam de differentijs febrium. 1. cap. 2. labore corpus siccante de uict. rat. 21. Ira tristitijs Estibus infrigiditatibus uigilijs indigestionibus, & plenitudinibus febrire manifestum, ex ipsius rei actione docemur, pestilenti quoq; aere, pletoria, cibarijs, exercitio, pharmacis, & reliquis, Qui uero plurimum ab exercitio cauere debet. 3. 1. d. 4. cap. 1. ille est qui non consueuit, Repleti autem leuiori utuntur exercitio. Atq; de

causis exterioribus. cap. 3. à causa procatartica, uel à calore, & cœteris fit febrium dispositio densitate Cutis stipticitate, & infrigidatione constricta in corpore mordaci effluxione, inspirantur quidem semper animalium corpora bifariam effusis semper ad exteriora uaporantibus, & fuliginosis superfluitatibus, ac reliquis. 2. acer & mordax superfluitas hos, qui cacochimiores malis usos cibarijs, aut indigestionem patientibus, uel aquam corruptam, ac reliqua biberint, uigilantibus laborantibus siccis sollicitudine, atq; Pharmacis affectis prauissimisq; cibarijs, & quæ licet bona putrefactione affecta, aut uermibus repleta, quis dubitat, si aer aquarum effluxione Mestrinus affectus male fuerit homines praue afficiat, Nam paratissime putrefiunt de differentijs feb. cap. 3. omnia quęcunq; calida & humida multa in regione calida, nascentia quoq; neq; recte affecisse, ut postea animalia his uescentia, Quod nec animaduertunt, & siquidem id scirent, neq; recte ualeant degisse rerum penuria quandoq; de alim. omnibus adiutorijs non in omni tempore utimur, Sine alimento autem non est possibile uiuere nec sanos nec ægros, illis quippe corruptis gratis uescerentur, Lubricis item uiscosis grossis ibidem Parachichimis morbidioribus opilantibus obstruentibus paratius attenuantibus acribus febrium causis resumuntur corrupta cibaria in totius corporis habitum, pomis cœterisq; talibus de morbis, qui extra. 1. post cibum sanum & languentem uexantibus, quoniam corpus his deuoratis humorem haurit, sin autem ieiunus comedat maiorem. Homo morbosior nutricatu magis fit q̃ cœtera animalia. 2. Quo uulgatum prouerbium plures occidit crapula q̃ gladius, Anguilla Mugile piscibus, & reliquis. Licet Eleutherius Papa instituat anno Christi. 1 8 4. ne ulla usualis esca rationabilis, & humana à Christianus repudiatur, Matth. 1 5. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed hoc quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem, unde ad Corinthios, 1. 1 0. Omne quod in macello uenit manducate. Vel quia ante Pontificatum, uel hos summos honores assueti cibarijs crassioribus ignobilioribus ue sue

bito ad meliora lautioraq; permutantur, humanum licet corpus subito ex tempore moueatur paruo, non tamen subito oportet ad sibi non consueta transferre. 20. 1. acut. die. Sed paulatim usquequo æquetur, neq; corpus multum repleatur, neq; euacuetur subito. 2 1. ex Hip. cibus, & potus qui semper similis salubrior est. Stomachus ue. 34. cibos solitos etiam illaudabiles leuius feret, & potus similiter, insolitos uero ægrius, & si nec malos, uulgaris enim cibus potusq; qui semper similis salubrior est quam si quis repente mutet meli oremq; petat de uict. rat. in gra. Nam nonnulli cibaria consueta, & si suapte natura non optima facile concoquunt feruntq; ; & similiter pocula, Econtra non consueta, & si suapte natura optima sint, & unicuiq; innatum, ac familiare us. par. 4. intristabile omnino est, plus enim detrimenti consuetudinis mutatione quam iuuamenti recto uiuendi more multorum exemplis consequimur. Summopere obseruandum Ras. 4. ut cibos sibi consuetos quisq; accipiat, nisi consuetudo peruersa fuerit. Natura enim Oribasy. 1. 33. cum operationibus suis consuetudinem requirit, & conseruatur ab ea, nam consuetudo altera est natura, Immo non parua pars est de febribus ad Glauconem. 1. Nam secunda natura est. Et consuetudo naturam, & natura conseruat consuetudinem, pro consuetudine igitur tu. san. 4. quibusdam utiq;, qui dilutiori insueuerunt caput statim, si uel pusillo meratius hauserint tentari, quibusdam, qui meratiore delectantur stomaco, si dilutius biberint subuerti, cum itaq; in uino tam familiari potione grauia incidant, multo sané magis in reliquis, utpote quam uinum, tum minus familiaribus, tum magis fortioribus ipsa sequi par est, tum fortius in cœteris nobis insuetis. consuetudinem acquisititiam esse naturam ante Gal. tempora dixere ueteres, unde uenenis legimus nutritos quosdam ueneno'ue diu subsistentes usq; adeoq; à teneris assuescere multum est ex Marone, atq; Ouidio. Voracitati enim deditos uelut Epicuros, ac porcos ab unguiculis prauo usu uiuentes relicta subito uoracitatis ingluuie, usuq; abolito malo ad uitæ

incommoda, & usq; ad interitum uidimus adductos subita mutatione noxam inferente, oportet enim, & sensim, & per tempora dissuescere potius q̃ repente abrumpere malę consuetudinis funem, nemo enim repente ad summa prouehitur, sed longa die ascendit, & pedetentim. Secundæ igitur. 48. assueti asuctos labores ferre, & si fuerint imbecilles, aut senes insuetis, & fortibus, & iuuenibus facilibus ferunt, Ac 49. ex multo tempore consueta, & si fuerint deteriora insuetis minus molestare consueuerunt. Et 50, secundum multum, & repente euacuare, aut replere aut calefacere, aut infrigidare, aut aliter quomodolibet corpus mouere fallax est, & omnino naturę inimicum paulatim uero certum, & ex alio ad aliud transire decet, & non aliter. Vt 17. 1. consuetudini aliquid impartiendum sit. Letantur enim naturæ semper de acut. Dieta in assuetudinibus. Sicut enim familiares naturæ naturis sunt, ita & alie aduersarie, & corruptiue de Euch. & caco. Nutriri igitur nos à familiaribus, perire autem à contrarijs accidit. Quintus enim Cincinnatus primus Romanorum dictator prestantissimus ex August. de ciu. dei. Agriculturæ operam dans à Senatu rogatus puluere, ac sudore aspersus supremis honoribus, atq; dignitate inuitus suscepta hostium exercitibus superatis uictoria potitus ad boues redijt agrorumq; suorum iugera denuo colenda manibus anno ante Christum. 365. Superbia deposita dictatura, & auaritia priori uita, ac paupertate diutius permansit. Attilius quoq; Regulus Valerij. 4. ab aratro accersitus semina aspergens uidentibus legatis imperio suscepto rustico illo opere manibus attritis publica salute parta ingentissimis hostium copijs fusis eburneo deposito sceptro denuo agrum serere uictum ab aratro repetere non erubuit sua pauperie uersans, ac consuetudine. Diocletianus imperator ciuili animo, atq; modestia in suis hortulis apud Salonas consenescere maluit. Coruinus Romanorum præfectus. 1. dic. 6. ex Eusebio dignitate se abdicat ad Brutum Cicero Messalę excellentiam non possum silentio præterire caue putes quemq̃ esse illi similem cons

ſtantia cura ſtudio Reip. & eloquentia qua mirabiliter excellit, aliiq; q̄plurimi, ac penè innumeri. Quo fœlicem ſolum inter mortales Apollo Aglaum pſophidium Val. 7. Arcadum pauperrimum ætate ſeniorem, qui terminos agelli ſui nunq̄ exceſſerat paruuli ruris frugibus uoluptate contentus probans magis tugurij ſecuritatem q̄ triſtem curis & ſollicitudinibus aulam, paucasq; glebas pauoris expertes quam pinguiſſima regis Lydię Gygis arua metu repleta, & unum, aut aliud iugum bouum facilis tutelæ quam exercitus arma, & equitatum uoracibus impenſis oneroſum, & uſus neceſſarij horreolum nulli nimis appetendum quam theſauros omnium inſidijs, & cupiditatibus expoſitos, Nam pſ. 9. Factus eſt dominus refugium pauperi, quoniam non in finem obliuio erit pauperis patientia pauperum non peribit in finem, oculi eius in pauperem reſpiciunt, repetitum. pſ. 10. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum. pſ. 11. nunc exurgam dicit dñs. Quoniam tu populum humilem pſ. 17. Saluum facies & oculos ſuperborum humiliabis. Aut quoniam ieiunantes ſemel in die comedebant, poſtea pluries edere. ex Hip. aūt. 21. acut. Qui .n. ſemel, uel bis in die ſumere cibum conſueuerunt, ſi à ſolito uſu in alium ſubito mutentur, nocumentum eis generat & defectionem morbumq; præbet, quibus autem non eſt conſuetudo prandere, ſi prandium ſumpſerint ſtatim ægri toto corpore mox deficiunt, & aggrauantur corpora eorum ac torpent, atq; molleſcunt languidi deſidesq; redduntur, ſi cenant cruditatem ſubeunt poſt eructuant acidum, alij aūt ſunt qui naturæ molliciem patiuntur propterea quod ſtomachus eorum contra curſum ſuæ naturæ aggrauatur, cui uidelicet, inanitio fuerit aſſueta, non autem bis impleri, & bis digere poſſunt in die, bis .n. die refici raſ. 4. corpora groſſa habentibus & pinguia lædit quorum flegma eſt eis dominans 30, 2. acut. facilius ieiunium ferunt. Magis autem quis laboraret, ſi ter die ſaturaretur, multoq; magis ſi ſæpius. Plurimi tamen ſunt, qui ter die ſatiati facile ferunt, quoniam ſic conſueuerunt. Ex Hip. igitur de Mor. qui extra. 1. ſi quid comedas pluſquam ventriculus

concoquat magnum detrimentum, uel tunc, uel postea utriq; fiet, si quis multum non opportune utatur morbus mors'q; hinc gignitur, nam si quis parum commedat, uel potet morbum nullum nanciscitur, cibus uel potus plus iusto suauis non est, sed quod usui est suauissimum est.

Præterea variys cibariys, ac poculis, utuntur Aeribus. Nullus enim proprio solo viuit modo huc, modo illuc permeat, vita nequam Eccl. 29. hospitandi de domo in domum, ex Hip. uict. rat. 1. plurimæ mutationes, ac uariæ plurimum delectant, verumenim maximæ mutationes naturæ nostræ, & habitus consuetudinis'ue maximos gignunt morbos, vt nec Medici ea quàm repente debeant mutare. Regiones'ue de Gra. di. 43. 1. Distant ad inuicem, diuersitate magna valde, consuetudines, ac regimen quæ cap. 7. ac 13. discutientur plenius.

Quidam demum ignaui ocio languent, verumenim qui comedit nisi laboret, valere non potest de dieta. 1. Hip. ideo labores, ex Plat. cibos præcedant, vsus enim de assuetudinibus robur præstat ocium liquefacit. Contraria inter se sunt cibaria & labores, vtraq; tamen sanitati conferunt, & nutrimentum, si non opportune adigatur penitus errat, desidiaq; de Vic. Ra. 2. Corpus madefacit, languet. Mutatione corpus, & animus exercetur de cœli qualitate Hip. quiete & desidia timiditas ignauiq; erescit. Ocio labores anteponite ex Plat. nisi forte rubiginem splendori præstare putetis, quiq; ebrietatem, ac somnum ualde detestabatur.

Varijs dein animi passionibus afficiuntur de puls. causis soluitur uirtus animæ passionum fortitudine. Nam de paruæ sphere exercitio tantum potest animę motio, ut multi præ sola lætitia morbos euaserint, multi etiam præ mœrore ægrotauerint, neq; ulla est tam uehemens corporis passio, quæ animæ affectiones uincat, Non igitur paruipendere oportet, huius motiones, immo longe magis q̃ corporis motus obseruare. Nam si recte singulos dinumerauerimus. 233. Pon-

tifices maximos usq; ad te Iulium I I I. Sanctissimum nullum quidem comperies quenquam ex superioribus laqueum euasisse, aut in prędictis aberrasse. A Petro exordientes uiolenta morte crucifixo. Linus. Cletus. Clemens. Anacletus. Euaristus. Alexander. Sixtus. Thelesphorus. Pius. Anicetus. Victor. Calistus Rauennas. Vrbanus martyres. Higinus. Soter. Eleuterius. Zepherinus post multa pericula excedunt. Pontianus Imperatoris mandato Sardinia grauibus tormentis moritur. Anterus. Fabianus. Cornelius. Lucius. Stephanus. Sixtus II. Martyrio decorantur. Dionysius monachus decedit citius. Felix. Eutichianus. Caius. Marcellinus martyres. Marcellus à Maxentio brutorum custodiæ traditus. Eusebij patre Medico annos historici variant. Melciades martir. Siluester Soractæ monte persequutus, sicut Marcus. Iulius patre rustico Arriana perfidia à Constante damnatur. Liberius exul. Felice II. necato. Damasus ui Papa adulter. Siricius, & Anastasius manicheos insequitur. Innocentius Cataphrigas Pelagium monachum & Celestinum damnat. Zozimus perturbationibus afficitur. Bonifacio à Valentiano pulso. Celestino Nestorium & Pelagianos Synodo Ephesina insequente, Sixtus I I I. reus. Leo magnus, ac Hilarius perturbatione afficiuntur. Simplicius ieiunus. Fœlix III. Petrum & Achacium Constantinopolitanum Concilio. Gelasius Manicheos damnat Nestorium euticem & arrium insequitur. Anastasius. II. Anastasium amathemate notat ab Acacio seductus diuinitus in Latrinam intestina effudit. Symmachus Laurentij schismate Concilio Rauennæ præsente Theodorico rege expulsis manicheis Pontifex decernitur festo ac probino Laurentium reuocantibus multi ceduntur, neq; sacris parcunt uirginibus. Hormisda Euthicianos Concilio damnat. Ioannes Arrianos expulit carcere moriens. Felix IIII. Patriarcham Constantinopolitanum anathematizat. Bonifatius II. Dioscori morte tandem Papa deligitur. Ioannes II. Anthimum Episcopum damnat. Agapetus non extimuit Imperatori dicere, ego ad Iustinianum

Christianissimum Principem uenire optaui, sed Diocletianum inueni. Siluerius ponto monachus. Vigilius collo fune Constantinopoli trahitur, cum Anthimum Theodoræ precibus non restitueret, inquiens malle se quoduis supplicium pati quàm sententiam iure factam mutare, se etiam peiora meritum si digna pro peccatis pœna irrogaretur, carcere perijt. Pelagio Ostrogothorum perturbationibus uexato. Ioanne. 3. obeunte dolore. Benedicto urbis, ac Italiæ fame pereunte. Pelagius. 2. peste moritur. Gregorius magnus Ecclesiæ doctor, spretis opibus humillimum se seruum seruorum Dei primus scripsit. Sabinianus ignotus. Bonifatius. 3. Synodo Romana obtinet beati Petri sedem esse caput omnium ecclesiarum, cuius integritate hæreses cunctæ confutatæ sunt. Bonifatio. 4. fame laboratur, & aquarum inundatione. Deus dedit Pontificatu terremotus, & epidemicus morbus detegitur. Bonifatius V. Honorius. Seuerinus. Ioannes. 4. Sancti Theodorus hereticos damnat. Martinus Cathenis uinctus Constantinopolim Constantij iussu defertur, ponto mortuus. Eugenius. Vitalianus monachus sancti. Dono turbinibus Papa. Agatho monachus peste perijt. Leo. 2. Synodo Constantinopolitana plures damnat. Benedictus. 2. sanctitate, & doctrina clarus. Ioannes V. ualetudinarius. Conon sanctus. Sergius iustiniani Zacharia prothospatario uinctus trahitur. Ioannes. 6. martir. Ioannes. vii. sanctus. Sysimo Podagrico. Constantinus Philippicum hereseos damnat. Gregorius. 2. Leonem. 3. hereticum Synodo anathematizat. Gregorius. 3. Concilio mille Episcoporum Petri Basilica Leonem imperio priuat. Zacharias Luithprandum Longobardorum Regem Italiæ pacem ut statuat adijt. Stephanus. 2. Aistulphi regis bello galliæ Carolum magnum petit. Paulus Romanus Theophilaci contentione solus integritate ac doctrina post Stephanum fratrem Saluatoris nostri imitator nulli unquam malum pro malo reddens. Constantino. 2. Monasterio excecato. à Stephano. 3. Hadrianus Desiderij ultimi Longobardorum hostis

Carolum

Carolum magnum Romam aduocat. Leo. 3. lingua captus, & oculis diuinitus cuſtodia reſtitutis Carolum magnum occidentis Imperatorem, & Pipinum filium Italiæ regem declarat. Stephano. 4. pro componenda Italia Gallias Ludouicum Imperatorem petente. Paſcalis ſanctus. Eugenius. 2. ſchiſmate Zinzini excecatur. Valentinus. Gregorius. 4. ſancti. Sergius. 2. Os porci antea unde mutant nomina poſteri tyrannos extinguit. Leo. 4. Papa. 106. ſarracenos fugat baſiliſcum è. S. Luciæ fornice mortales uiſu interementem ſigno crucis expulit. Benedictus. 3. 109. Anaſtaſij ſchiſmate ſanctus Nicolaus Ioannem Archiepiſcopum Rauennatem priuat, dein reſtituit. Hadrianus 2. Eccleſiæ hoſtes ſenſit. Ioanne. 8. uinculis à Romanis coniecto Italia à Sarracenis deuaſtatt. Hadrianus. 3. Imperatorum auctoritatem creandi Pontificis nec expectandam inſtituit. Stephanum. 5. Normani huni, ac uexantur Itali. Benedictus. 4. ſeductionum tempore uixit, ſicut & Anaſtaſius 3. Leo. 6. rem componere Chriſtianam tentat. Stephanus 7. Vngarorum, ac Germanorum cladem ſenſit. Martinus 3. bello afficitur, ac penuria. Agapetus. 2. contra Berengarium Ottonem Germaniæ Regem aduocat. Donus 2. iniuria afficitur, ac ignominia. Benedictus 7. Synodo Remenſi Gilbertum Negromanticum Epiſcopum damnat. Ioannes. 16. Creſcentio Romano exul. Sergius 4. in Deum mentem conuertit. Benedictus. 7. Schiſmate pellitur. Ioanne 20. bello à Romanis uexato. Clemens. 2. ueneno interijt. Leo. 9. pauperis loco lecto Chriſtum recondit. Victor 2. Synodo Florentina Epiſcopos plures ſymonia, & fornicatione priuat. Stephanus, 9. Italiam, ac Burgundiam ſymoniaca labe expurgat. Nicolaus. 2. ſchiſmate. Benedicti 10. agitatur. Alexander 2. Cadolo Parmenſi Antipapa bello premitur. Gregorium 7. Henrici Natalis Domini nocte, ac Cincij Romani dolo Adriani mole recluſum ſchiſmate Giberti Henrico priuato Robertus Apuliæ Dux Salernum perductum liberat. Victor 3. ab Henrico ueneno in calicem ie-

cto sacrificans necatur. Vrbanus 2. pagani scelestissimi persecutione Concilio Claromotensi pro recuperanda Hierosolyma etiam mortuus sanctus leditur. Paschalis 2. ter acclamante populo S. Petrus Raynerium uirum optimum Pontificem eligit copias in Gibertum Antipapam mittit subita morte correptus. Alberto Attellano Antipapa à Richardo comite Campano, à Cauersis Prænestinis Theodarico sancto. Gelasio 2. à Cincio Fregepane obtorto collo cum Cardinalibus quacunq; contumelia Henrici persecutione affecto. Calixto 2. Burgundo e Cluniaco Itiliam redeunte Beneuento languente Concilio Lateranensi 900. patrum Dominicum Michaelem Venetorum Ducem Hierosolimam subueniret missis cum Ecclesiæ uexillo nuntijs exorante. Honorio 2. ambitioso. Innocentius 22. à Guilielmo Calabriæ Duce cum Cardinalibus captus italica fame schismate Anacleti Petri Leonis filij uexatur. Celestino 2. Epidemia laboratur ubiq;. Lucius 2. pæste absumitur. Eugenium 3. Romani armis insequuntur. Anastasij 4. tempore fame laboratur. Hadrianus 4. Romam interdicit; Arnoldum expellit, Guilelmum Siciliæ regem anathemate notat. Alexander 3. à 4. adulterinis Pontificibus agitatus primo uictore, Paschali, Calixto, Innocentio fauente Friderico imperatore Venetijs coqui habitu Sebastiano Giano Duci detegitur imperatoris Ottonem filium classe superanti; pace effecta ad ianuas templi diui Marci astante populo Imperatori iussit Papa, se humi prosterneret, & ueniam denuo postularet, Cęsaris collum pede comprimens ait, scriptum est super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, Friderico Barbarossa respondente, non tibi sed Petro, cui successor es pareo, cui Pontifex & mihi & Petro dein sublatis schismaticis. 4. quieuit. Lucij. 3. studiosis effossis oculis concilio Veronæ obeuntis. Vrbanus. 3. capta Hierosolima dolore Venetias petens Ferrarię peryt. Gregorio. 8. Hierosolimam recuperare accelerante pisis mortuo, Clemente. 3. christianos in Asiæ sarracenos

excitante siculorum rebellione agitato. Celestino. 3. Hierosolimæ recuperatione uexato. Innocentio. 3. beati Dominici ac diui Francisci conuersatione sancto. Honorius. 3. Fridericum. 2. dignitate priuat. Gregorio. 8. confirmante Cardinalibus Melphitę detentis. Celestinus. 4. ualitudinarius. Innocentus. 4. insidijs præuentus Fridericum deponit. Alexander. 4. Manfredum Siciliæ regem Ezelinum alios'ue tyrannos persequitur, dum pacem inter Venetos & Ianuenses tractat, Constantinopoli amissa, Florentia à Manfredo obtenta obijt. Vrbanus. 4. uili patre ortus, respondens nobilem uirum nec nasci, sed fieri uirtutis, & nobilitatis est, à Manfredi tyrannide occupatur. Clemente. 4. uxore prius ac filijs habitis ad componendos Henricum Angliæ regem, & Simonem montis fortis comitem consobrinum ab Vrbano. 4. transmisso ibidem Pontifice delecto Manfredi insidijs religiosi mendicantis habitu Romam accedente, ac se Deo non autem carni, & sanguini uicturum dicente. Gregorio. 10. sancto. Innocentius. 5. inter Venetos ac Ianuenses pacem tractat. Hadriano. 5. Caroli gallorum hoste. Ioannes. 21. medicus cameræ ruina perijt. Nicolaus. 3. ante quem neminem sacrificare religiosius uisum, cum semper solemnia agit lachrimas funderet. Martinus. 4. Imperatorem Paleologum, & Petrum Aragonensem anathematizat. Honorio. 4. à Guidone Feltrano uexato. Nicolao. 4. urbe male affecta, ac Tripoli à Sultano euersa. Celestinus. 5. sanctus Pontificatu se abdicat. Benedicto. 11. beato. Ioannes. 22. in Ludouicum Bauarum schismaticum censuras exercet, multos'ue hereticos exurit. Benedictus. 12. in bauarum abrogationem repetit, Vicariatus in Italia Gonzagæ, Estensium, ac reliquorum constituit, frustra pacem tentat inter Philippum Franciæ, & Eduardum Anglię reges. Clemens. 6. Ludouici contumelia Carolum bohemiæ regem Cæsarem ab electoribus designari facit, peste ex Petrarcha triennio Italia peruagata, ut uix decimus quisq; ex millesimo superfuerit. Innocentius. 6. recuperandis ecclesiæ prouincijs, abolendo inter Gallos & Anglos bello

periit. Vrbanus 5. sanctus. Gregorius 11. triremibus 21. clam ex Auinione Romam translatus anno salutis. 1376. Episcopo ab eodem admonito ad suam ecclesiam reditu respondente, Tu Pater sancte cur non ad tuam ipse accedis ecclesiam. Florentinos bello, & anathemate Bernaboum uicecomitem, ac Ioannem baucuth notat. Bonifatius 9. anno 1389. annorum circiter 30. Pontifex legem constituit, non licere sacerdoti beneficium adipisci ni primi anni estimationis pecunias pontificali aerario dissoluisset, Soliq; anglici in minoribus beneficijs tantum iussa contempserunt, quo Romani Pontifices non minus urbis quàm totius orbis christiani effecti sunt domini. Alexander 5. ioco inquiens se diuitem Episcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem Ladislaum Apulię Hungariae'ue regem priuat. Bononiae languens Cardinales ad concordiam cohortans lachrimantibus quibuscunq; Saluatoris uerbum proferens, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, statim moritur. Martinus 5. exercitus tres contra Bohemos hereticos parat, cui uni praefuit Saxonię Dux, alteri Marchio brandeburgensis 3. Otto Treuerensis archiepiscopus, nullo hoste uiso fusos, denuo exercitu cum Sigismundo Imperatore parato foedissima fit fuga, Quos tamen Albertus Austriae Dux superat. Eugenius 4. diuina humanaq; perturbat basiliensi concilio depositus. Foelix 5. concilio eodem senium ecclesiasticis commaculat titulis. Nicolao 5. cedit. 1447. anno eodem bononiensi episcopo Cardinali, ac Pontifici, capta à Turcis Constantinopoli morienti. Calixtus 3. bellum Turcis indicit. Pius 2. Sigismundum Austrię Ducem insequitur, Maguntinum antistitem deijcit, beneuentanum archiepiscopum summouit, Pragmaticam in Gallia abrogauit, Mantuae communi decreto bellum Turcis indicit, dum Venetum ducem Anconae expectat obijt. Paulus. 2. literis adultus incumbens bellum in Georgium Bohemiae regem Hungaros ac Germanos concitat, cum annis plurimis uiuere, uelut consueuerunt sui conciues sibi persuasisset illorum more sobrijssimo, ac uerius Christiano ne-

glecto fructuum esu cancrorum pastillorum piscium, ac huiusmodi delectatus duorum peponum eodem die admodum prægrandium uoratu apoplexia peryt. Sixtus. 4. Ordelaphos è foro Iuly depulit. Innocentius. 8. Vrsinorum, ac Columnensium factionibus animo maximum infixit dolorem. Pius. 3. cruris ulcere. 30. post creationem die recessit. Iulius. 2. totam Italiam, immo Christianos quoscunq; armat. Hadrianus. 5. uelut sanctus ocius decidit. Clementem 7. cruciatus Roma capta, ac direpta amisso omni ferè Petri dominio fuga carceres, ac dira quæq; tardius quàm credi possit eripiunt Paulum. 3. præcessorem tuum Petri Aloysy Farnesy carissimi Parmæ, ac Placentiæ Ducis clades Placentia amissa Lutherana iurgia, & alia quàm plura sibi, ac Christiano gregi noxia ocius quàm par erat absumunt, Et hi sunt qui, uel sancti, aut martires uixere ad hunc usq; diem. Qui uero liberius uiuendi genus delegerunt Petri patrimonio adaucto ubi opibus affluere cepit Ecclesia, uelut trifariam assignant scriptores Imperij Romani defectum causam' ue primariam, ac potissimum auaritiam, quo psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, non absq; maxima ratione repetitum. psal. 77. Et defecerunt in uanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione ambitione sanctissimam Petri sedem, Lunę comparandam crescentem, & decrescentem quasi uideatur deficere ad plenum, nihilominus reuertentem solis æterni, qui est Christus sponsus eius, lumine, occupant potius quàm possideant, tum maxime, quoniam Christiana Respub. ignauos, ac desides principes habebat, quorum potissimum intererat nauiculam Petri fluctibus exagitari, ne si gubernator aliquando resipisceret principes ipsos, ut malos nautas à Republica deyceret. Nam uirtus omnis, tum capitis, tum membrorum omnium, hominum ignauia consumpta delituerat, Archady & Honory principum ætate Romana omnis eruditio cum maiestate imperij comminuta est ingruente

tibus in Italiam uarijs populis atque Barbaris nationibus, ut ambitio pro uirtute, pro modestia improbitas, desidia pro eruditione haberetur, & audacia ex Cic. pro sapientia illis temporibus liceret uti, nulloq; iudicio, aut ratione, sed inscitia, atq; libidine omnia expenderentur. Vt ex Crinito

Ecce rursus additur malis scelus
Irrepsit altum uirus animis Italum
Ac peruagatur latius,
Vides nephandis, ut trahuntur odijs,
Et dum uicissim fluctuantes dimicant
Bacchantur in cædem suam,
Quantum hinc malorum, quantum adest incendij
Quantum cruoris effluet
Sic Mars cruentus imperat,
Graue est uidere fauste, quæ fata imperant.

Quod si recte rem ipsam expendere uelis, principium fuit uelut primi parentis peccato, atq; humani generis morte, à fœmina, matre in omni ferè specie ineptiore fœmina eccl. 25. Mulier si primatum habeat contraria est uiro, à muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur, de uestimentis enim procedit tinea, & 40. à muliere iniquitas uiri, Melior est iniquitas uiri quàm benefaciens mulier. Papa etenim Ioannes. 8. numero. 107. malis artibus Pontificatum adeptus, mentitus sexum fœmina, neq; Pontificum ascripta numero, cum post Hadrianum. 2. Ioannes. 8. dinumeretur, à familiari compressa, dum Lateranensem basilicam proficisceretur doloribus circumuenta intra Coloseum pariens, moritur. Martino. 2. dolo Papa effecto. Formoso deiecto anno. 8 9 4. infelicissimo, Principum industria, uirtute, & integritate defecta, cum ex Plat. tales soleant esse reliqui ciues quales sunt in Rep. principes. Bonifacius 6. Stephanus. 6. Romanus. Theodorus. 2. Ioannes. 9. Sergius. 3. turpibus agitantur contentionibus. Leo. 5. ignotus, Christophoro Pa-

pa, nec noto monacho. Lando obscura uita. Ioanne. 10. necato. Leo. 7. ignauus. Ioanne. 11. à Sarracenis ianua, ac Italia ab hungaris anno. 935. late depopulata. Stephano. 8. abiecto. Ioanne. 12. uenatore. Benedicto. 5. relegato. Leone. 8. schismate prefati affecto. Ioannes. 13. exul. Benedicto. 6. necato. Bonifatius. 7. ignotus. Ioannes. 14. adriani mole decidit. Ioanne. 5. miro odio habito. Gregorius. 5. exul. Ioanne. 17. necato. Siluestro. 2. monacho. Ioannes. 18. ignotus. Ioannes. 19. ociosus. Benedicto. 9. horrendo. Siluestro. 3. repulso ac Gregorio. 6. Damasus. 2. ui papatum occupat. Benedictus. 10. exul. Bonifacius. 8. dolore periyt. Clemens. 5. curiam Auinioni annorum. 74. transfert, Venetos, Florentinos, ac Lucenses anathemate notat. Vrbanus. 6. Cardinales quosdam carcere includit. Clementi. 7. Gallia tantum Hispania Cathelonia, ac Brittania obedit. Benedicto. 13. adultero. Innocentius. 7. anno 1404. Viterbium fugit. Gregorio 12. cum Benedicto exaucterato. Ioannes 23. minis & armis Petri clamide suis imposita humeris dixit, Papa ego sum. Alexander 6. seipsum inconsultius ueneno necat. Leo 10. uirtutibus decoratus papatu fruitur, ac præter naturam crassus periyt repente Hip. 2. 43. crassi ualde secundum naturam cito moriuntur magis gracilibus, cito enim senescit animal multæ pinguedinis ex philosopho secundo, De partibus cap. 5. quoniam sanguis eius est paucus.

Singulis itaq; ènumeratis Pontificibus numero. 232. predecessoribus tuis illorumq; uitæ fine atq; occasione. Nullus hucusq; fuit. IVL. SANCTISSIME, qui Mediam elegerit uitam, si tota uis in capiendo medio Ethi. 2. cap. 9. consistat. Atq; ut circuli medium comprehendere non cuiusq; est, sed tantummodo scientis, illud duntaxat clarum est, quod medius habitus in cunctis laudatur, præter TE. III. Tertium merito uiuendi modum capescentem, si simile simile appetat, Nam quod quidem simile familiare est & Amicum de inequali discrasia doct. 2. 4. augentur enim uniuersa, & nutriuntur à similibus, & propter hoc sanitatis quidem custodia per

ſimilia, & ſimile iuuetur à ſimili de anath. uiuentium, & compar à ſuo compari, atq; ex Plat. Lyſia Deus ſimilem ſemper ad ſimilem agat & notum faciat, uelut é ſapientum ſcriptis ſimilem ſimili ne-ceſſario ſemper, & ſolum bonum ſoli bono eſſe amicum, philoſo-phi. 1. generat. & eorrupt. in habentibus ſymbolum facilior ſit tran-ſitus, ſicut in amphitheatro Orib. 1. 3 4. cum dimittunt ſimilem ad ſimilem ſemper alius ad alium confugit, quia ſimilia ſimilibus gaudent, ut 36. uulgaris ſermo ſit parem habe tecum hoc eſt con-gruum. & conuenientem dilige. Quiq; Trinitate noſtra Deo, cœlo, ac medio ſeu medico ſuprema ſancta, & indiuidua Trinitate diri-gente, ac gratiæ Dei dono munere ue conceſſa, Deo, ac teipſo tui ſeu natura ac cœlo maximi Dei uicario, à uobis procedente tertio Me-dico, uel me ipſo, aut prudentiore altero electo, 15. 1. Gal. Hip-pocrates, nihil inconcuſſum dimiſit, ego uice ſui medicorum tertium accedere à Deo, à teipſo pro humani generis commodo longaue ui-ta, ac ultra 120. annos protrahenda neceſſarium. Cum natura opti-ma melior fiat, & conſentaneum ſit ex Plat. Alcibiadis Socrate in genere naturali, quam ignobili naturas meliores ineſſe, Mitigatione enim Ariſt. probl. informationeq; urbaniores redduntur hominum ſo-lertia educati quaſi eruditiq; uelut culturæ officio concoquitur red-diturq; efficacius alimentum Vrbanum, ac mite, meliores euadunt, ſi recte uictitet ex Hip. de die. Peiorq; ſi non recte. Temperatura uictus ratione melior, & peior fit, nam ſi grauia acutis non conue-niant male concinnitur. Ideo permixte uoces omnes cum alijs ut li-bet iuncte non concordabiles in cantu reddunt effectus, ut litere no-ſtræ ex cenſ. Si inter ſe paſſim iungantur, & non congruenter ſæpe, nec uerbis, nec ſyllabis copulandis concordabunt, ſic in muſica que-dam ſunt interualla, quæ ſymphonias poſſint efficere. Omnis etenim res de differentijs morborum. 6. quæ humana corpora mouet exte-rius, ſicut equitare, ambulare, uenari, luctari, nubere, balneari, hæc omnia niſi quod neceſſarium fuerit exerceantur, noxia ſunt. Ex mo-

deratis

deratis enim Plato de amatore, corpus bene sese habere, nec paruos, neq; magnos labores, habitudinem corporis bonam efficere, immo temperatas corporis exercitationes bonum corporis habitum hominibus præstare, sicuti cibos, & reliqua temperata quidem prodesse q̃ plurimum, pauca uero, uel nimia nunquam: labores cibi potus uenerea de assuetudinibus omnia mensurata, superexcellentie enim dissoluunt uirtutes, Defectus uero in uno quoq; perhibent tantum à perfecta utilitate quantum à commensuratione deficiunt, uitam ultra. 120. annos, & consequenter ultra Petri annos protrahet, & saluabit te propter nomen suum dominus ps. 105. ut notam facit potentiam suam, expandet nubem in protectionem tuam ps. 104. Et ignem ut luceat tibi per noctem, & educet te in quo digitus Dei est in monte natum, ac in monte sancto Sabatis nutritis in exultatione, & electum suum in lætitia nomine eterno.

Cur paucisfimi ultra. 120. annos superuixere. Cap. 7.



VTATIONE rerum omnium, quæ celeri uersatione prorumpens ex improuiso cuncta uersat, & raptat Hip. ad Damagetum. Homines. n. tanq̃ in Re commoda certa, & firma statuti passionum & affectuum crebro aliter atq; aliter prorumpentium obliuiscuntur, Cupientes nocitura & noxia: quærentesq; non conferentia calamitatibus plurimis peruolutantur. Si uero quisq; pro uiribus, quæ facit mente prius agitaret uitam ab omni casu liberam, & immunem conseruaret seq; sapientem, & gnarum redderet suumq; iudicium, & prudentiam liquido dignosceret, studiumq; infinitum in nullam cupiditatem poneret, naturamq; Ditem, & opulentam cunctarumq; rerum alumnam, Motricem & matrem per sese cognosceret. Quemadmodum enim magnitudo rerum secundarum fortunatarum'ue fluxa infirma in lubrico sita, atq; fallax est: sic & in optie

ma ſecundaq; ualetudine, & habitu morborum periculum patet & timetur, in exercitantibus enim ad ſummum 1.3. bonæ habitudines ſunt fallaces ſi in ultimo fuerint, non enim poſſunt manere in eodem neq; quieſcere, qui uero non quieſcunt nequaquam poſsunt in melius addere relinquitur ergo ad peius. Vt modus uirtutis apud iſtos ſemper ad deteriora declinet, Mendacia ſiquidem amant, & exercent, ſeſe uoluptatis appetentia, & amore perornant, Legibus non parent, nullamq; recte uiuendi regulam ſeruant, ſpeciei uero participes non ſunt, ſolo autem hominis ſenſu mouentur, uera perſpicacia procul eſt & lucet, Quodq; præſens eſt, quodq; futurum eſt ſtatu nullo firmam habent mentem. Principes, Duces, & Reges priuatum beatum eſſe ducunt, priuatus Principatum optat. Virtutis autem & ueritatis rectam uiam puram non aſperam certam non fallacem nec cernunt, Quam nemo facile conſequitur, ſed contrariam capeſſunt inacceſſam, aſperam. Quoſdam amores nephandi cubilis alieni diſtrahunt, quidam donant, quidam captant, dein pœnitentia ducti ius amicitiæ uiolant, horum omnium cauſa auaritia. Qua nam ergo re hi ab infantulis differunt quibus mens, & ſenſus ſine diſcretione, & ratione ineſt, infans & qui infanti proximus eſt inſtitutionum. 3. rubrica de gradibus cognationum non multum à furioſo diſtat, quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Leo, lupus, panthera, pardalis, aper, & bruta quæq; ſatiata nec amplius laniant, ſed ceſſant, & quieſcunt. Homo autem dies noctibus coniungens nullum habet cenandi commeſſandi ſeſe ſaturandi modum. Concubitus quidem brutorum ſemel in anno certus ordo finem facit, homo autem continua ſerie nequitiarum Aſyli furorem habet, Immo coitus in ſomnijs animal. 5. ſoli homini accidit. Quæ omnia ac plurima quidem ſilentio prætermittenda, ne propoſiti noſtri finem tardius aſſequerentur, Democritum in perpetuum commouere riſum. Mundus ipſe hominum odij plenus eſt, nam lis & amicitia. 10. 8. phiſ. non inuenitur, niſi in animalibus, & proprie rationabilibus, natura infi-

nita contra eos mala congregauit, totusq; homo ipse ab sua origine & ortu morbus est, unde nascentium uox prima ex Sol. de mirabilibus mundi uagitus est, lętitiæ enim sensus differtur in 40. diem, unum tantum nouimus mox optimarum artium peritissimum, eadem hora qua natus. s. Zoroastrem risisse. Ex crinito.

Sic est cum tremuli sese oculi exerunt
Primeuamq; auidi percipiunt diem
Tum sane incipimus mori.

Nam præ inconstantia, & omnifariam intemperantia, illi ipsi omnia displicent. Verum enim acut. uict. 2. 49. Galenus si enim corpora contra consuetudinem suam magna torpuerint quiete non possunt statim confortari, qui si quieuerint atq; requieuerint longo tempore, postea uero ad laboris exercitia fuerint subito translati malum est, Simili uero modo si singulæ corporis partes, uel pes, uel quælibet membra quiescere solita, si quando subito ad insolitum transferantur laboris exercitium, similiter oculi, & reliqua, Nullum deniq; inuenitur membrum, cui non itidem contingat. Immo molli iacere culcitra præter solitum usum fatigat corpus. Vsus itaq; res extra rationem sunt, oportetq; experimentum in hoc rationem uincat, est nanq; cibus. 2. 1. doct. 2. cap. 7. in quo nocumentum existit insuetato bono conuenientior, & laudabilis ac bonus nocet, quibusdam, ideo relinquendus, igitur supra, nutriri nos à familiaribus perire autem à contrarijs accidit, ut uerbo. 51. quæ itaq; iam dicta omnia ad se inuicem testificantur, quia immutatione subita ad contrarium tam in his quàm in alijs nocumento magno constat esse, plus tamen leditur uentriculus ex subita mutatione ab inanitis ad subito accipiendum cibum multo magis q̄ consueuerit uerbo. 52. quia natura, tunc plus appetit q̄ possit digerere. Vnde post famem abundantiæ superuenienti hominibus nimium uorantibus, ut plurimum epidemia accidit, & conualescentibus morborum reuersio. Vidimus enim 3. 1. d. 2. cap. 7. multos fertilitatis tempore repletos interijsse, licet uehe-

mens repletio cibi, uel potus in dispositione qualibet pernecabilis sit, Quot nanq; homines superflue se repleuerunt, & suffocati interierunt, quippe omnes de morbis. 1. partim ex his quę in corpore sunt bile pituitaq; creantur morbi, partim ex his quæ extra laboribus uulneribus calore frigore sicco & humido ex cibo potuq; egritudinum cause multe ex Diocle inequalitas elementorum, quæ sunt in corpore, aeris constitutio, ex Strabone ciborum multitudo. Morbi nanq; omnes ferè bile pituitaq; hominibus surrepunt, uel quia in corpore nimis siccescunt, humescunt, calescunt, frigescuntq;, quod euenit cibo, potu labore uulnere odore auditu uisu calore, frigore, uenere, quæ singula hoc incutiunt, cum non suo, nec apto tempore in corpus dantur, uel si non assueta, plura, minora, ualentiorai, mbecilliora'ue dantur, multi autem propter occupationes de Euch. & cach. 2. sani manere semper impossibile est, & si sobrie dictentur de passionibus. 1. ac. 7. acut. die. Scio multos Medicos extra opportunum operantes in principio morbi duobus, uel tribus diebus, & plus custodire infirmos, Postea ius & potum summere permittunt paruipendentes, cum enim corpus maxima mutatione mutetur ei maximum contrarium illius mutationis esse opus dicunt optimum. Immo Gal. 47. neq; etiam quisquam medicorum mihi repertus est, qui ægrorum habitudinem cognoscere queat, sicut oportet; paucią; medici de dieb. crit. 1. regunt infirmos regimine recto, & pauci infirmi bene medicis obediunt, & pauci eorum ministri ipsis seruiunt sicut oportet, & iterum pauci eorum sunt quibus non accidat accidens extrinsecus. Olim consueuerunt haberi medici pręcipientium loco, & uice subiectorum, ex laertio Gal. authore, eorum infirmi non præuaricando mandata, & ex hoc consequebantur medicinę profectum. Nunc uero infirmus pręcipit, & medicus uelut subiectus applaudit, & infirmorum oblecta mentis assentiens curare non nititur, immo blandiendo nocet. Antiqui autem conuertebant omnia studia ad cognoscendum ueritatem rerum de morborum iudicatione. 1. Nostri autem temporis omnes præter paucos

ciates omnes consumunt in nominibus, & derelinquunt res, successitq; prauus iste quoruncunq; mortalium usus sanis exhibere pharmaca, uel ut longiorem assequantur uitam, uel ad minus sani multum asseruentur. Verumenim ex Democrito ad Hip. Si enim tanquam insanum me potionasses in ueram insaniam incidissem, ueratrum enim sanis si detur sensum & mentem hebetat. 1 0. 4. elleborus periculosus sanas carnes habent bus spasmum enim facit. Elleborus in corpore mundo. 5. 4. 1. spasmum efficit, & repleti corporis commouet humiditatem motu turbido, & ad intestina trahit illud quod ei est difficile expellere, unde 13. 13. 36. tr. 1. Medicinæ omnes solutiuæ malæ stomacho. Pharmatia ideo ac uomitus. 3. 15. magna ex necessitate, et raro sunt expetenda, Nam simp. facul. 1. medicina est res de cuius proprietate est, ut alteret naturas nostras, ac 1. canticorum 26. quod enim uincit & superat corpus est medicina. Euacuatio quoq; secundum plurimum non completur, neq; est conueniens. 3. 1. doct. 2. cap. 1. nisi cum medicinis fiat uenenosis, quæ proculdubio naturam frangunt; quę etiam si uenenosæ non essent non posset esse quin eas bibere naturæ laboriosum esset, ex Hip. medicina purgat & inueterat, & pręter hoc totum, cum humore superfluo de humiditatibus naturalibus, & spiritu, qui est uitæ substantia partem magnam euacuat, factum propterea quod membrorum principalium uirtutem, ac his deseruientium debilitat, unde. 2. 4. 1. ex regulis quas obseruare debes, est fortes dimittere medicationes quanto plus poteris, sicut uentrem uehementer soluere, aut prouocare uomitum, aperire, adurere, & cœtera. Ideo non omnis repletio, neq; omnis complexionis malitia suo medicatur, contrario euacuatione, & operatione: immo multotiens sufficit multa regiminis bonitas. Quapropter experimentorum libro medici altarium curabant per cibos sacrificiorum: unde nobiliores reputabantur alijs medicis, optime debemus laudare uirum: qui illa facit per cibum, eo plus quàm ille: qui curat per medicinam. Quia corpora quæ curantur exhibitione dictæ reuertuntur melius ad

temperamentum: quam quæ curantur medicina.

Si quispiam uixerit ultra. 120. annos, cui attribuenda sit causa. Cap. 8.



DIVINO *miraculo, alijs'ue cap. 4. ut de elleborismo Hip. ad Democritum, medicæ quidem artis recte facta plurimi hominum non penitus probare Dijs enim acceptum ferunt, Si uero natura repugnans, & aduersata medicatum tollat, & soluat, tunc medicum accusant (uelut moriens Clemens. 7. Papa Mattheum Curtium eius sanitatem custodientem incusauit, & reprehendunt, Diuinum numen prætereuntes. Plus quidem reprehensionis quàm honoris hanc artem nancisci propterea puto, Quoniam eam nemo penitus nouit, nam nec ego ad summum medicę artis perueni quamuis senex iam sim. Nec ipse huius inuentor Aesculapius, nam & ille in multis recantauit. quemadmodum scriptorum libri nobis tradiderunt.*

Medica ars longam præbens uitam, & sanam longe omnium præcarissima. Cap. 9.



AXIME *ineuitabilia sunt naturæ opera uniuersa, & ordinem generationis necessarium habentia de tibe. 1. senectutis passio ex necessitate naturæ consecuta, & ineuitabilis. Nullum generabilium animalium insenescibile uisum, sicut Philosophus ille de insen scibilitate admirabili. s. homine apto tantum non omni. Innata caliditate senescunt corpora, & morientia corrumpuntur consimili modo ad ignem flammæ, nullus ue est 1. 15. qui non fateatur corpus humanum dissolui. Nec enim omnia possunt esse in hominibus eccl. 17. quoniam non est immortalitatis filius hominis, quod licet*

incomprensibili sit sensu, solo tamen intellectu cognoscitur, Ostendit necessitas reficiendi, si enim in eodem statu permaneret, nec de corpore aliquid dissolueretur, Nec sibi esset necessarius cibus. psalmusq;.88. Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortem, atque.81. Vos autem sicut unus de principibus cadetis. Et multæ species Resue sint in arte medica, ad quas exacta diligentia peritia & obseruatio usq; quaq; nec possit penetrare de Prisca medicina. Ac medicus maxime.3. med. meth. ad id peruenire non possit quod est certum, sic enim scientia esset eius uelut Asclepij. Neq; propter hoc refellenda abijcienda'ue, si non in omnibus quod exactum diligens & uerum est habeat, sed multo magis pręterea amplexanda, quia proxime ad uerum exactumue, & diligens accedit. Nam in epistolis Horat.

Ni possis oculo quantum contendere lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi,
Et quia desperes inuicti membra gliconis
Nodosa corpus noli prohibere chiragra
Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.

Appropinquat enim medicus de crisi.1.ueritati certe quantum potest, simulq; cogitatione mente sensu, seu prudentia eo peruenire potest in tanta rerum oscuritate, & ignoratione. Magisq; mirari quæq; in ea inuenta sunt tanquam recte periteq; inuenta laudare, nec casu fortunaue reperta putare. Nam destructio certitudinis de dieb. crit.1. aliquorum ambiguitate in paucissimis eorum est insania feda. Ex quinto quoq; sereno.

Sed Medicum præstans ars naturæq; ministrum
Finem contingas qua ratione docet.

Senectutis itaque tabem impossibile est prohibere, auxiliari uero, & in plurimum extendere de tabe.1.possibile. Nam medicina auctore Plin. celeberrimo inuentores suos cœlo dicauit, Summa enim eius utilitate à ueteribus tanti existimabatur, ut Cic. sententia deorum immortalium sit inuentioni consecrata. Apollinem enim quem

tanti faciebat antiquitas, inuentorem primum tradunt: Vnde ex Macrobio uestales uirgines, ita Apollinē indigitant, Apollo medice Apollo pean. dein Aesculapium, & reliquos Deos, & Deas, Nos autem cap. 2. Deum maximum, unde putantes ueteres ex Apuleio Diodoro, Macrobio, ac Tertuliano unicuiq; prouinciæ, & ciuitati suum esse Deum, uti Osirim Aegyto, Aethiopiæ Iouem, Arabiæ Bacchum, & reliqua, ubiq; Aesculapium adorandum censent, quo ex Prin. 3. 1. 2. Quanuis medicina nec sit ars, quæ nos à morte penitus securos faciat, neq; ab extrinsecus occurrentibus muniat, humanum tamen corpus conseruat, ægrum'ue sanitati restituit, atq; de duobus securitatem, putrefactionis penitus prohibitionem, & humidi ne citius resoluatur defensionem, in cuius robore consistit pro complexione ad debitum tempus perueniat homo. Ex Nic. enim fl. s. 1. dist. 1. tra. 1. cap. 7. bonum aliquid diuinum, immo ex Commentatore diuitiarum, ac uitæ nostræ operatiuum, seu opportunum medicina sanitatem operari, & conseruare promittens eius finem philosophorum his qua nil utilius, qua magna lucri, seu bonorum utilitas, qua ætas tempus meditatio, & disciplina procedit, qua animæ opera, sine qua nullam artem, nec carpentariam, neq; rhetoricem, neq; grammaticam aliam'ue quis exereere ualeret. Quo ad Alex. philosophus: Non est uia ad rem faciendam, uel acquirendam, nisi clari intellectus potentia, & non est intellectus, nisi per sanitatem, quæ complexionum æqualitate consistit facta humorum contemperantia à Deo excelso, & glorioso arte medica adinuenta. Vnde inter. 1. periti medici concordati sunt, quia humores, & corporis compositio, & natura mutant actionem animæ, uirtus enim animæ complexionem corporis imitatur. Da locum medico eccl. 28. ne discedat à te, quia opera eius necessaria sunt. Inter utilissimas artes humanæ fragilitatis ex conciui meo Cassiodoro nulla præstare ualet, quę auxiliatrix deorum medicina, Morbo periclitantibus materna assistit gratia, contra dolores confligit, ac ibi nos subleuare nititur ubi nullæ diuitię nullaq; potest dignitas subuenire,

uenire, atque apponi differentia. 113. prohibet ne mors contingat uiolenta, & differatur naturalis. Medicina itaque artium ex Hip. de lege præclarissima, qua pronost. 1. præter longam, sanam uitam, & reliqua, lucrum, amicorum copia, acquiritur & gloria.

Homo ultra. 120. annos ex certis authoribus uiuere ualet. Cap. 10.



DIVVS Augustinus de 6. ætate loquens, quæ incipit ab anno mundi. 5199. anno quo nascitur IESVS CHRISTVS dominus noster ex Maria uirgine durante usq; ad annos scriptorum quorumcunq; sententia quot nouit Deus solus. Quę ætas senium dicitur, sepe quę extenditur ultra omnes pręcedentes ætates. Notum est autem, quod sexagenarios senes uocamus. Viuere poterunt igitur homines ultra. 120. annos, eo pręsertim ætate ultima septima'ue, seu seculi mundanarum rerum fini mundi labentis ultimo senio consimili homine superstite adhuc ex Christo Iesu Lucę. 21. Erunt signa in Sole & Luna & stellis, & reliqua, quę superuenient uniuerso orbi, & cœtera quoniam appropinquat redemptio uestra, cum uideritis hęc fieri scitote qnoniam prope est Regnum Dei.

Postea & si in fauorem animarum ut abundante iniquitate superabundaret gratia Iubileus ab antiquis seculum unde seculares ludi à Paulo. 11. anno Christi. 1464. de 25. in 25. annum institutus fuerit, à Clemente. 6. antea. 1334. de 50. in 50. permutatus. Cum prius à Bonifacio. 8. anno. 1294. reliquis'ue Pontificibus de annis. 100. in 100. institueretur, & seculares ludi fierent centenis ut qui uiuerent annis seculumq; pertransirent illis semel adessent lęti, sicut Plin. Luceia mima. 100. anno in scœna pronuntiauit, & Galeria copiola emboliaria reducta est in scenam. 6. Pompeio Q. Sulpitio conss. ludis pro salute diui Augusti uotiuis annum. 104. agens, & stephanio-

nem: qui primus togatus saltare instituit utrisq; secularibus ludis saltasse, & diui Augusti, & quos Claud. Cæsar consulatu suo quarto fecit.

Conciliator quoq; acerrimus defensor humanæ imbecillitatis, ac uitę hominis breuitatis, natura humana ab eo differentia. 9. quod antiquitus debilitata differentia. 26. hominis ætates pro planetarum. 7. Imperio partiens unicuiq; assignata annorum suorum portione, postq̃ Saturnus ultimo moderari desierit, Lunæ denuo annorum 25. uel consimiliter facultatem præstat, at si primis annis Ptolomæi quadriuij. 4. nutritionis. 4. quibus Luna pręemineat. Mercurij. 10. Veneris 8. solis. 19. Martis. 15. Iouis. 12. Saturni. 30. adderentur annis. 98. resurgentibus, natura ualde pauci inquit 100. pertranseunt annos, quibus superatis additur Lunæ ducatus anni. s. 25. ex Haly. minus suum datum, aut cæterorum portiones, ut anni. 123. ad minus resultent, uita hominis ultra. 120. annos diuturnior.

Ex Prin. dein. 1. 1. doct. 3. cap. 3. & 3. 1. cap. singulari duo ponuntur indiuidui termini à philosopho de uita ac morte præpositi. Naturalis mors cuius principium intra existit calor. s. innatus siccans radicale humidum incessanter, Elementorum'ue contrarietas corpus componentium, nec se inuicem agere cessantium donec se à suis soluant contrarijs, & corpus interimant. uiolentus, seu abbreuiatus mors innaturalis, cuius principium extra fuerit indebitũ sex rerum non naturalium applicatione extraneis'ue occasionibus. Quærunt ulterius, & cõfirmant Scriptores, Conciliator præsertim differentia. 113. uitæ terminum utrunq; posse prorogari. Tribus authoritatibus ac clariori Haly. de med. ar. 3. com. 213. de resumptiuis innuens possibile fore medicinas senectutis uelocitatem prohibentes à membrorum frigore ipsorum'ue siccitate quo hominis uita prolongetur ueluti eorum, qui centenis uixere annis. Ac. 3. 1. ex prin. secũda supra Gal. de tabe. Tertia infra. Vnde Iacobus parti. 1. 1. doct. 3. cap. 3. quęrit utrum terminus Tertius ultra naturalem elongatus sit ponendus, exponens equiualenter se quęrere si terminus naturalis uitæ humanæ possit elongari,

dicens breuiter ultra dictos terminos naturalem, & abbreuiatum, esse ponendum terminum tertium naturalem pertranseuntem Gal. authoritate secunda, senij Marasmum. i. arefactionem impossibile est uti q; soluere, Adiuuare uero ut ad plurimum extendatur possibile est, postea prohibere quidem senectutem impossibile, detinere uero eius festinantiam possibile, Ac de tuen. san. 1. immortale nanq; fieri quod genitum est plane non potest, Tametsi nostri temporis philosophus quidam in egregio. s. opere illo in quo immortalitatis uiam docet id ostendere sit aggressus, ut uero in plurimum perduret tempus, id uero fieri posse profecto conuenit, præsertim eius, qui optima sit natura, & corporis optime comparati. Siquidem demum possibile sit humidiorem operari corporis cordis substantiam epatis reliquorum'ue Homerico comprobatum uersu, per cibum potum balneum mollem lectū, & somnum cor epar, & uniuersaliter totum corpus exhumectatur.

Authorum'ue quoruncunq; rationibus, possibile est aliquandiu obtundere uires causarum resoluentium, & confortare humidum innatum, suauiter'ue superfluū educere naturalis senij indigestione necessario acquisitum ad mortem cooperantem cū mirabulanis triferis, et reliquis. Ex Medicis igitur possibile erit retardare mortem certo uenturā tēpore. Cœlesti quoq; influentia

Diuina 3. præ cæteris prouidentia uelut infra maximi commodi gratia aliquem custodiente, ex Gal. de panniculi cerebri fractura à deo liberari summa potentia, atq; sapientia referēte Auenzoar theisir. 3.

Nic. postea fl. s. 1. dist. 2. tr. 1. ca. 27. paucissimi hodierno tēpore morte naturali obeūt multis regiminis erroribus, quos hodie homines cōmittunt, & quia hodie multa corpora defectuosa gignuntur multū à temperamento lapsa aptaue nata senio præsertim in perniciosos cadere morbos. Citra ulla, ideo omnino affectionem Gal. Genealogia sola deficiant senectute in humanis quidem rarissimum.

Præterea cap. 17. ætates numero terminato assignari non possunt, neq; ætati. 4. fuit impositus terminus ab authoribus, quia uitę

hominis termini complexionum diuersitate sunt ualde diuersi.

Ioannes quoq; Papa. 21. anno Christi. 1277. medicus nostris quidem temporibus, cum sibi longissimam promisisset uitam cameræ ruina peryt. Vt derelicta prædestinationis ac præscientiæ diuinæ Altissimis difficilioribusue Theologis materia firmius credendum sit omnia creatoris sui nutibus obedire, & omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cœlo & in terra. Quo ex prin. totum tamen diuino prouenit præcepto. De die itaq; ultima, uel hora, cum nullus sciat. Nescitis enim quando tempus sit Marci. 13. neq; cœlorum Angeli ex Christo, nisi Pater solus. Dei summi potestate summa ultra 120. annos homo uiuere ualet maxima IESVS authoritate.

Si homo uiuere possit ultra. 120. annos, quare Hippocrates, Galen. & antiquiores, id nec reppererint, neq; scriptis mandauerint. Cap. 11.



Edicus ex ALK indo ingeniosus esse debet suoquatenus naturali ingenio ea repperiat, atq; suppleat: quæ nec lingua proferre sapientes ualuerunt, neq; in hac scientia calamo scribitur. Arti enim & scientiæ: ex Nic. flo. s. 1. tr. 1. dist. 2. cap. 13. ingenium subministrat. Non debet itaq; solum omnino scriptis ab antiquis medicus insistere, immo solerti ingenio satagere debet ad nouam propensionem tam doctrinæ traditione q̃ auxiliorum inuentione. Miseri enim ingeny est, qui inuentis solum utitur: quo Gal. in omni medicatione oportet noui aliquid inuenire, & afferant 10..elli ex Nic. quod impleri non potuit per antiquos: oportet itaq; 1. med. meth. ut angelis assimilemur: decet igitur nos nihil negligentius habere. Horum quamq̃ non esset (cum historici nec forent, id scribendi genus: aut his forsan neq; fuit dubium hominem ultra. 120. annos superuiuere posse. Ex Hip. enim. 6. 1. de uict. rat. in acu. Cum antiqui prorsus

de dieta leuia uiribusq; carentia inutiliter ediderint, Eo quod multa diminute prescripserunt, tertium medicæ artis instrumentum, immo primum, & solum obseruatum postea ab Asclepiade potius omnem curam ad uictus rationem transferente ex Celso. Nam uerbo. 13. scripturus itaque me esse, quæ hactenus ignorata, cum tamen Hip. à mundi exordio annis fere 4708. natus esset, cuius etiam æuo concil. differētia. 1. scientiarum plures adhuc nec essent inuentæ, uel laterent, si medicina annis. 500. ab Asclepy morte ex eodem reuixerit, ut Aristoteles postea anno Mundi. 4960. acu. dic. 1. topicam & sophisticam repperit. Nam & Dioscorides post Hip. anno Mundi. 5280. feniculum oculis conferre serpentibus uere cauernis egredientibus oculis assidue fricatis comperit. Sicuti inuentum postea uiperarum se ut enecarent potatum uinum lepram sanasse. Magnum atque splenem urinam humanam comminuisse. Ex Haly ideo med. ar. 1. com. 11. fuit Hip. naturæ excellentis, nam bonitas naturæ ipsius, & solertiæ superfluitas perduxit ipsum ad hoc, ut tribus uteretur doctrinis absque arte naturaliter dialecticæ. cur igitur non potuit itidem uitæ terminus humanæ adhuc Hip. temporibus esse scriptis ignotus. uel leuia tantummodo de ipso ab antiquis esse præscriptum. Epistola itaque ad Crateuam mortales enim nos multa latent, & prætereunt: utpote ueritatis exacte & rerum non penitus perspicaces: quoniam obscurum est, quæ uires aggregentur. Quo Gal. acu. di. 1. 43. non est necesse audire omnes res particulares ab Hip. cum omnium quidem incomprehensibile sit med. ar. 7. 2. & impossibile, Immo de elementis. 1. Hip. rememoratur rei unius ex rebus multis conuenientibus in genere, & dimittit dicere reliqua propter suam fiduciam quod nos addamus ad illum sermonem reliqua quorum uirtus est uirtus illius rei quam dixit, sicut fecit in hoc libro. Immo si aliquid dimisi ex eis quæ dixit Hip. & non exposui illud unusquisq; est potens intelligere, illud cum facilitate postq̄ iuuatur super intellectum eius per istud quod iam ante narraui. Vt med. meth. 1. his temporibus nullus rei ueritatem in-

quirat, cum unusquisq; in coadunando pecuniam, secularium quoq; honorum & carnalium delitiarum studebant delectatione, quibus quidem, quoniam omnino subyciuntur dum quamlibet rei ueritatem, uel scientiam scrupulose quærere uideantur, pro studere quasi somnium reputabunt, & de febribus ad Glau. difficile enim est hominem existentem non peccare in multis, aut ut ignorantem, Alia ut male iudicantem, alia ut negligenter scribentem. De puls. causis non contingit in omnium experientiam deuenire, ut efficacissimam ac conuenientissimam naturæ uirtutem de Pharm. uirtute attractiuam. s. non nominauerit Herasistratus, Medici enim dimiserunt non solum curationem illarum passionum, quæ fiunt raro, sed etiam scientiam & denominationem earum inter. 3. quæ priores sunt.

Oribasius uerbo. 28. 2. nouenarius, qui criticus sine dubio à Gal. non immerito additus est, Non quod ab Hip. hoc ignoratum sit. Nihil .n. in hominis natura tantum philosophum latuit, sed quod inter cætera ab eo prætermissum sit, non .n. quicquid prætermittitur etiam ignoratur.

Aetius cap. 1. peculiarium actionum uniuscuiusq; medicamenti differentiæ pro gradu caliditatis, aut frigiditatis siccitatis, aut humiditatis tenuitatis partium, aut crassitudinis summuntur, qui tamen gradus exquisitissima ueritate attingi, uel explicari non potest.

Paulus librorum artis medendi præfatione, uelut scripsimus iam de malo Galeco, Non qui ueteribus eorum, quæ ad artem spectant prætermissum quicq̃ putem non tam recte quam absolute etiam illis ad unguem elaborata censeo. Et ibidem neq; enim ex nobis natum quicq̃ adiunximus, paucis quibusdam exceptis, quæ in arte exercenda notaui, & experientia deprehendi, cum tamen Hip. Gal. & Oribasy epithoma conscriberet.

Reliqui, Nic. flo. s. 1. d. 2. t. 1. cap. 13. quia non omnia in libris describi possunt. Necessarium est Medico naturaliter esse ingeniosum, Non omnia possunt. 5. 7. tr. 3. sum. 1. cap. 1. particulariter tradi in libris, Nam Damascenus naturale ingenium Medici artem ad-

iuuat, & naturam regentem uerbo. 13. Contrarium autem contraria, secundum eandem causam itaq; uidentur antiquissimi Medicorum prauas opiniones irredargutas reliquisse secundum quam & legislatorum antiquissimi ex Gal. de Pharm. uirt. maxima peccatorum impunita moderatiori enim secundum illud tempus existente malitia, capite mulctantur qui olera aut fructus surripuissent, & ex dracone Solonis uita apud Plutarchum, qui ocij damnati fuissent. Parricidæ autem æqualem non inuenerunt pœnam, & neq; conantibus iniuriari in maximis, neq; sustinentibus inuerecundari in falsis, quo utiq; quis aut punitionem inferret non omnino factis, aut irredargutionem superducet his, quæ neq; totaliter aliquis dixit. Quoniam autem malitia temporis processu augumentata, nec inausum quid adhuc hominibus, nec indicibile est, legislatores quidem multos modos nouos suppliciorum super iniuriantes adinueniunt, Qui autem ueritatem honorant redargutionum speties multimodas ad Sophistas.

Serapionis aggregationibus si elaboraremus nominare uirtutes particulares fortassis non possemus eas nominare.

Laurentius ualla ob librorum latinorum penuriam qua sua ætate laborauit multos sermones putauit esse à latinitate abhorrentes, qui nostro æuo in latinis authoribus post modum in lucem proditis frequentes reperiuntur. Neq; etiam libri omnes antiquorum inueniuntur, sed multi uetustate interciderunt. Fuluius Albinus apud Macrobium nemo debet antiquiores Poetas ea ratione uiliores putare quod eorum uersus scabri uidentur, unde ex Quintiliano Lucretij carmen multum difficile linguæ egestate, ac rerum nouitate, diu enim laborauit ætas secuta, ut magis huic molliori stylo acquiesceret.

Auerrois. 2. de Anima. t. c. 88. Gal. de anhelitu non sufficienter dixit, infinitiesq; reiterate sunt methe. 1. cap. 1. opiniones in hominibus. Philosophia quoq; inuenta fuit, & corrupta infinities. 12. meta. c. 50. & 3. de anima. 6. 5. omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities.

Auctuarius alij sunt morbi numero prope infiniti, qui non doctrinam tantum, & elegantiam in scriptore postulant, sed experientiam quoq; , nam pleriq; omnes, qui de his loquimur fumum solum attingimus: & nebulas in pariete pingimus. Hoc enim est necessarium nobis propter artis magnitudinem, cum non possumus uti unius hominis uita ad inuentionem omnium, acceruamus enim ea, et ab omnibus colligimus. Priscorum itaq; inuentis de Pris. med. Hip. commoti et concitati noua perquirimus.

Antiquioribus ignota a' Recentioribus reperta. Cap. 12.



CERTISSIMVM est centesimam herbarum partem uniuerso orbe constantium non esse descriptam à Dioscoride, nec plantarum à Theophrasto, aut Plin. in dies addiscimus, et crescit ars medica: sicut artes cœteræ ex Plin. ac Platonicis, et philosophi. Ethi. 2. cap. 4. in uirtutibus scire ipsum parum, aut nihil est, et maxima pars eorum, quæ scimus est minima eorum, quæ ignoramus. Immo Galenus artem medicam incremento fieri prodidit. Non est opus omnia ab antiquis scribi, ac ab eisdem omnia petere, certum nanq; est omnia non nouisse antiquos, nec quorumcunq; reminiscentiam habuere: Immo primos philosophantes inuenimus nescire Deum esse philosophorum Hist. sicut Agoram idium, et Theodorum mirineum, et euirnetem regeotum: non enim fuerunt ausi dicere Deum esse, Primusq; omnium medicorum et philosophorum de sequela potentiarum animę. 7. diuinissimus Hip. phisionomicam speculationem inuenit: primusq; eiusdem. 8. inchoauit hanc consuetudinem, quæ postea præualuit dicere pulsum omnem arteriarum motum qualiscunq; fuerit. Et manifestum est de elementis. 1. quod Hip. est antiquior, qui inuenit scientiam elementorum à quibus est natura hominis

et primus

& primus, qui uenit super ea demonstratione sufficienti, Hippocrates enim hic omnibus quos scimus medicorum & philosophorum de uirtutibus naturalibus. 2. 1. demonstrare tentauit. 4. esse omnes effectiuas qualitates adinuicem à quibus sunt, & corrumpuntur omnia quecunq; generationem, & corruptionem suscipiunt, & nimirum concretas esse seinuicem eas totas per totas. Hip. quidem primus omnium quos scimus cognouit & principia demum demonstrationum, quæ postea Aristoteles tractauit ab illo primo scripta est inuenire. De frictione & eius differentijs Hip. primum præcepit ex Gal. de sanitate tuen. 2. merita laude fraudatus à Theone, atq; à nonnullis gymnastarum tanq̃ sua ipsorum inuenta tradentibus. Haly Rhodoan de arte Med. 3. sectionem loci, & extractionem lapidis prohibet Hip. aut quoniam hoc opus non erat assuetum, aut scitum in tempore suo, Vnde iusiurandi inscriptione calculosos uero nunq̃ secabo quod illis relinquam, qui hoc exercent, Inquit igitur Gal. ad Thrasibulum cap. 35. Plato lucidissime monstrauit in Gorgia, unam esse artem corpus curantem, quæ duas Principes partes habeat, partesq; ipsas esse nominatas, totam uero nomine carere, cuius etiam Galenus, nec posterorum quispiam adhuc nomen adinuenit. Immo cap. 38. inquit proxime uero Platonem loquentem audiuisti eius nullum esse proprium nomen. Ne igitur totius artis corpus curantis unum nomen querito, neq; .n. inuenies. Verumenimuero contentus sis Plat. imitatus, ita disserere, Vna cum sit corporis curatio, duas eius partes appello, gymnasticem unã, curatricem alteram, Reperiuntur tamen nonnulli qui solum antiquos sectari uelint, cum traditum sit à Plin. inter alia multa et hoc maxime mirandum, ac memoria dignum uitrum Tiberio imperante redditum flexile atq; ductile, Imperatorum quoq; Romanorum tempore inuenta est ars secandi q̃ facile durissimos quoscunq; lapides uermiculatum, uel scalpturatum opus musaicum uulgo conficiendum uario colore distinctum. Cum enim aliquam lapidum prægrandium cuiusq; coloris paruam seu minimam uellent portionem uec

lut in re molli adeo facile secarent, ac uenundarent. Notatum olim à nobis cum Reuerendiss. 9. Dominico Veneto Cardinali Grimano Portuensi episcopo, cuius nepos Ioannes Grimanus Aquileiensis Patriarcha maxime indolis patrui redolens Maiestatem Beat. 5. nunc adijt uidelicet Portuensi ciuitate hostiam. Vbi sunt Max. ingentes ac diuersi diuersorum colorum lapides montium, ac Turium instar uarijs pro operum commodo locis intersecti. Mutua quoq; amicorum per epistolas colloquia primi excogitasse Cesar dicitur cum ob negociorum multitudinem ex Plutarcho & urbis magnitudinem uiuos urgentium causarum affatus haud tempus expectaret, adeo nihil in rerum natura intentatum, aut inexpertum reliquit antiquorum solertia ab Isidoro recensitum, Quid enim ex cens. proprium nostrum esse poterit, cum nihil omisserit antiquitatis diligentia quod intactum ad hoc usq; qui perseueret. Nullis alijs credentes ingenio nihilominus abiecto uili, & absq; iudicio, cum noua quędam inuenire non ualeant, si facillimum sit inuentis addere, ac duce experientia multa inuenire, Asserit enim Galenus aliquem post eum inueniri posse, qui inueniat in anatomicis aliqua, quæ per ipsum inuenta non sint ad cuius usq; tempus anatomia omnino fuit Spuria Balbutiens & diminute cognita. 8. 1. partium usu inquiens Aristotelem, & eius precessores ignorasse omnes actus organicorum. Ex Auerroe quoq;. 2. colliget cap. de iuuamentis anhelitus, & membrorum nutrimenti. Aristoteles etiam non cognouit arterias hepatis, nec Diaphragma, & hoc non est mirum, quoniam illud quod apprehenditur per anathomiam est sicut res, quæ apprehenditur numero motuum circulorum. Galenus primus per somnum inuenit cum curaret quendam hepatis, ac lienis oppilationem habentem sceilem, seu saluatellam uenam inter auricularem & Medicum tendentem magis uersus medium digitis flobotomare. Nam & antiqui homines fuere, & in multis errarunt plurimi. Multa enim nos in dies inuenimus ratione, ac experimento, quæ forte ab alijs inuenta fuere, sed à nullo scripta quem noueri-

mus. Nihil enim eſt quod non efficiat humanus animus modo uelit.

Sic eſt uolenti nihil homini arduum
Quem firma uirtus extulit inuium
Nullum relictum eſt ingenijs iter
Quis cœlum petere eſt datum
Ex crinito

Vt politicorum. 2. uetuſta pleraq; rudiora ſint nouis. Contingere nempe ſolet quod in una ætate uenuſtum, & lepidum cernitur, in altera incultum, & ſine gratijs exiſtimetur. Quod late patere iudicio, ſi iuuenum ad ſenes, & ſenum ad iuuenes facta ad inuicem comparentur (licet non diſsimilia factu, ſed authoritate ætatum diſsidentia, & inter ſe diſcrepantia ſæpe ſoleant apparere, ob idq; licet unum ſentiant, tamen ueneratione quadam colitur quod à ſerena, & ſenili mente pręcipitur. Et antiqui 4. cœli. t. c. 37. & 2. phiſ. c. 9. ac. c. 7. & 7. meta. c. 7. & 8. atq; ſecundo de anima. 36. negauerunt cauſam formalem neq; erat diſtincta ab alijs accidentibus. 9. 2. phiſ. & 12. & materialem conceſſerunt. Atq; Plato. phiſ. 1. 66. & 80. non diſtinxit inter priuationem & materiam. Latuit antiquos 78. 1. phiſ. & 3. 14. ac 43. 1. de anima actus medius inter potentiam & actum. Antiquorum nullus. 93. 4. Phiſ. de tempore quicq̃ rectum dixit. Et plures. 88. ac. 8. 10. tempus eſſe infinitum conceſſerunt, Ex ſolo Plat. genitum. Inquiunt enim quod & Mithridates ille bellator magnus Theriacam quidem non aſſumpſit, Nondum enim erat ex Gal. de theriaca ad Piſonem, ſed alteram multæ mixturę antidotum, quæ & ipſa ab eius nomine uocitatur. Ariſtoteles 8. 1. hiſt. animal. Quędam autem per formales differentias diuerſos modos, ſed non habent propria nomina ſpecierum, quæ nota ſint nobis. Adhuc autem genus ſerpentum eſt unum de generibus ſimplicibus animalium non ideo ꝙ non diuidatur in ſpecies, ſed quia nomina ſpecierum ſubalternarum non ſunt nobis nota. Hominum ingenium quod nunquam deſerit noua rimari per uarias inſertiones, medias quaſdam arborum ſpecies, uel

indiuidua inuenit, quæ nunquam excogitauit antiquitas, nos uulgo Albercocco quod est uocabulum Mauricum, quia ex Aphrica allatum uocamus fructus in hortulis domus quam Patauij emeram inter persicum & Armeniacum medios folijs licet maioribus forma, & colore Armeniaco consimiles, cuius sapor gustus, & amarum semen prẹter armeniaci lenitiem, nonnihil etiam persici reprẹsentat: Constat per uariam insitionem plurima pirorum, pomorum, uuarum, ac aliorum genera apud nos extare, ab antiquis nec tradita, nec cognita. Longus enim rerum usus, & uaria diuersarum specierum miscella uarias species inuenit, & adeo creuit ars, ut audeat etiam diuersorum generum insitionem tentare, quo gustus color forma & nonnulla alterius alteri fructui condonetur. Nunc etiam multa non modo ex piris uerumenim ex Rhabarbaro agarico, & reliquis amarioribus fiunt condita sapidissima antiquis ignota. Nonne plures sunt herbarum lac ferentium manifeste, ac sensibus notẹ species quam à Dios. pertractentur, certumq; est non omnia fuisse ab uno descripta. Paulus pauciora scribit quam Dios. Aliqua omisit uterq;, & nonnulla alter, quæ alter non descripsit, & tractat. Scribit Plinius lib. 27. de Leucographide ab authoribus scriptum non reperisse, cum tamen Dios. Et quid ea sit, & qualis suo de simp. medicaminibus lib. satis notificauerit. Ptolomẹus, Pomponius, & cœteri cosmographi mundi partes multas, tum à Lusitanis, tum ab Hispanis nuper compertas nunq̃ descripserunt, post Ptolomæi tempora regiones inuentæ sunt, & potentissimi Reges, ac bellicosissimẹ gentes ultra Sericam Tartariam nuncupata è qua Sericum Sericaq; pulcherrima: sicut Tagus, Tholonia, Chairam, Cathay: & multa alia antiquioribus ignota. Quartam syllogizandi figuram ex Auer. 1. priorum analeticorum repperit Galen. & Arist. inuenit, & sciuit principaliter. 1. phis. 28. naturam primæ materiẹ: Thales primus philosophorum hist. Solis & Lunẹ prẹdixit ecclypsim Ex Aug. 8. de ciuit. Dei, post Theologos. i. Poetas Sophi. dictus. i. sapiens Cerasa Lucullus primus

cum cerasum Ponti ciuitatem abolesset, pomi genus Romam transtulit, & adinuenit inde, Saccharum nostrum obsoniorum omnium optimum, quod ut fertur nullum ferculum conturbet antiquis defuit, quod non cognouit, seu præteryt Gal. Marci Antonini, ac Adriani tempore, Prius tamen Strabo Octauiano imperante ante Christum, ac Solinus de SacchAro pertractant, forte Romanis totius orbis dominis compertum, Græcis autem ignotum, Licet Plin. sagax omnium rerum inquisitor ac Dios. sedulus scriptor saccharum ante ab alys scriptum siluerint, immo & Serapio, ut non omnia possimus omnes, neq; ex Euripide simul omnia Dei dederunt hominibus, Varonis nihilominus tempore ante Christi aduentum imperante Cæsare ex Cannis exprimebatur saccharum suis carminibus.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo
Illius & lentis præmitur radicibus humor
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.
Statiq; nerua imperante carmine
Et quas præcoquit ebusita cannas.

Rosarum quoq; multas species, aliorum'ue quæ pulchra sunt nesciuit oblitaue est antiquitas. Damascenas. n. Lusitani nuper inuenerunt, roseumq; ex his zuccarum ualde solutiuum conficiunt. Indicum lignum de quo lib. mali Galeci Plat. reminiscentia noua Lusitanorum nauigatio adinuenit. Hebenum ex India Romæ Mithridatico triumpho primum magnus Pompeius exhibuit. Citri succo non utebantur antiqui cortice tantum, & carne uescebantur ex Gal. Paulo Aetio. Ambraca seu ambarum antiquorum nullus descripsit. Imperatoria herba noua nusq̃ apud antiquos reperta De Sandalis antiquiores nusq̃ meminere insula cuba uigentibus, Arabes .n. hos nobis ostenderunt, quorum magna copia in agro Calechut à Lusitanis inuenta est. Spongiarum uarias distinctiones autiqui aut non nouere, aut data opera preteriere. Ignorarunt Dios. Gal. & antiquiores Muscum Marinum uulgo corallinam uermes enecare. Tormentilla herba noua antiquis

incognita de qua iota unum nusquam reperitur scriptum. Carlina Caroli Regis inuentum herba noua de qua nusq̃ antiqui, Eupatorium Eupatoris Regis inuentum. Achrades primum græcis in Pelopeneso fuisse cognitas, uim ex Dios. Habentes astrictoriam, quas muneribus corruptus simulauit comedisse Thrasibulus, propterea angina affectus contra Lacedemones nihil loqui posse. Bistorta antiquis incognita. Herba cochia momordica à recentioribus uocata apud antiquos nusquam reperitur, qua oleum sub terra annis multis defossum hemorrhoidarum, ac in genere doloribus quibuscunq; succurrens conficitur. Ballæ uel pilę marinę quid sint nusquam apud antiquos repperi. Ruta capraria noua herba antiquis penitus ignota. Pimpinellam apud antiquos nunquam inuenies. De Cymbalaria antiqui non pertractant. Scabiosa apud antiquos non repperitur. Antiqui sunt mirabulanorum obliti, ac Musarum suauissimi saporis longeq; maioris pulchritudinis oblongorum prunorum instar. Apud antiquos Sebesten incomperta uidentur à Dios. & Gal. prætermissa. Alumen zuccarinum, & catinum nouum inuentum ab antiquis non pertractatum, neq; à longe ostensum. Argentum sublimatum, uis ossis de corde cerui nusquam apud antiquos reperitur. Folium ac macim, alterum pro altero. 2. canonis. 49. sumendum grecorum nullus agnouit, & Arabes de hoc aliorum sententia timide loquuntur, quem nucem ue myristicam Dios. Gal. uero Plin. ac Paul. & omnium recentissimus Aetius macim ignorarunt. Asphalti odorem nullus græcorum tradit. De zedoaria nusquam pertractarunt græci. Doronicum nunquam apud græcos repertum ad hoc usq; tempus. Been rubrum, & album græci nunquam scripsere, Lupullum etiam cibarium nostrum usitatissimum prætereuntes. Linguam auis non describunt græci, neq; antiqui. Plurima quoq; atq; elegantiora omisere antiqui præter zuccarum, mannam, deimanum ex Hieremia naturæ munus miraculosum simplex etiam in oenotria statuto loco singulis æstatibus è cœlo descendentem à Neapolitanis regibus ter occluso, ne quis sine ue-

ctigali colligeret, nec amplius pluentem. loco recluso, ac uectigali remoto iterum descendere cepit, ut necessarium fuerit regibus colligere quibuscunq; permittere ab omnibus passim collectum antiquis Medicis ignotum; & Gal. de alim. tamen facul. Adumbratum, de qua Oribasius & Pau. Nihil loquuti sunt, ex Auer. manna unum ex his est, quæ à Gal. scripta non sunt Arabes nihilominus exquisite mannam docuerunt. Cassia fistula apud antiquos ignota, nullus .n. reperitur ex antiquioribus, qui eam uel describat, aut nutibus ostendat, uel quia ipsam non nouerunt, uel forte in usu medicinæ non probauerunt cassiam præsertim fistulam omnino despexerunt sicuti & aliorum arborum fructus quos auctores Arabes, & Medici iuniores illos sequentes in frequenti usu habent, ideo plurimum in hoc precioso fructu Arabibus debemus. Rhabarbarum pharmacum Benedictum usitatissimum'ue nemo adhuc apud antiquos auctores reperit. Gariofili quoq; granum odore gustu'ue suauissimum non descripsit Dios. Gariofilum atq; flore suo admiratione dignum apud nullum descriptum repperi. De Musco nostro odorato antiqui Hip. s. Dios pl. & Gal. nusquam locuti sunt. Iustiniani imperatoris tempore ex procopio à duobus peregrinis à Serinda Indię ciuitate oua serici, seu uermis sericum nostrum facientis Constantinopolim allata fuisse Suidæ authoritate. Eupatorium commune nostrum nec Dios, nec Plin. nec Gal. nec Pau. neq; græcorum ullus pinxit. De pede columbino nec Dios, nec Theoph. nec Pli. nec Gal, neq; antiquorum ullus pertractauit. Euphragiam Dios. Pli. Gal. Pa. Aet. omnes'ue antiqui ignorarunt. De epithimo quo utimur, nec Dios. Gal. Pa. Aet. aut Gręcorum antiquorum'ue ulli pręter Plin. tractauerunt. Nucem muscatam, nec describunt antiqui nec Dios. Nec Tamarindos neq; Anacardum Dios. Et Gal. nihil de Cubebe, & oxymyrsine tractat quandoquidem ipse & Gal. à pluribus alijs etiam abstinuerint. Nusq̄ Dios. Pl. Gal. aut Pau. Nullus'ue apud antiquos pręter Aet. de camphora loquuti sunt, aut eam uel à longe ostenderunt soli Ara-

bes illius meminerunt eius, arbor ignota, nec à Mauris descripta, Lusitani meridionale nauigantes pelagus in insula Burnei inueniri tradunt & fanfur regno ex Serap. Isaac sententia Fafella. Sal nitrum nostrum antiqui non habuere, & nos antiquorum nitro caremus, quo antiqui sanandis hominibus, ac uita seruandis utebantur, nos pro necandis pro eruendis urbibus depopulandis gentibus nostrum nitrum paramus. Tarantula Pliniȷ æuo ab Italis ignota à maleficis postea peregre aduecta tanq̃ frumentum in Apulię campis serta, sicut & Lichenas lib. 26. Morbum grauissimum non modo Italiæ uerumetiam uniuersæ fermæ Europæ incognitas æuo priore Hip. Notas Tiberio imperante à Græcis Romę frequentantibus aduectas, & nomine dotatas quo atq; colica, seu colo, tunc primus afficitur. De apostemate gulæ botio uocato, nihil expresse uidetur tractatum ab Hip. Qui omnium ferè scibilium medicę fuit grauissimus inuestigator, neq; aliquid clare uidetur explicitum à Gal. 4. med. meth. Neq; de tumoribus præter naturam, neq; de compos. med. ad loca. 7. ubi plurima descripsit medicamenta excellentia ad gutturis, & gulæ dispositiones probatissima, neq; pronost. 2. de squinantiæ apostematibus Commentario, Arabes quoq; neq; Auic. 3. 9. neq; 3. 4. tr. 2. de apostemate flegmatico, uel melancolico expressius de eo quicquam pertractarunt Albuchasis solus suæ cyrurgiæ. 2. cap. 54. parum de hoc solam'ue curam manuum opere descripsit, neq; mirandum, neq; antiquorum defectu, si contingat morborum quosdam quibusdam Regionibus, & climatibus multiplicari, & non in aliȷs, simili'ue modo aliquo tempore multiplicantur morbi, & manifestantur, qui alio tempore non comparuere utpote præsenti anno. 1549. insigni estiui caloris ardore fructuum esu cruore nostri corporis ebulliente plurime nouę nec prius uise tum prima, tum ætatibus reliquis, neq; ab obstetricibus, neq; à Medicis pustule, adeo uenenose ac infectiones multæ cutaneę emersere uise in Hieronymo Auanciago nobili mense Februarij. 1550. carbunculorum more, in filio equitis Suardi Ber-

gomensis

Auanzaga desysset, sicut itidem defecisset se clarissima propago Ghirarda nunc medicum Maffeus Ghirardus quacunq; gratia, ac munificentia plenus eduocasset, ac alterum omnipotens Deus sibi præstasset filium, & in filio equitis Suardi Bergomensis mei ex filia Magnifici Nicolai bono dilectissimi, Varioliq; uulgo seu Sclopi uesicæq; incognite ac letales, ut Eccellentissimi Senatus Venetorum Sanitatis Domini D. Stephanus Magnus D. Ioan. Franciscus Priolus, & D. Marini Donato Epidemicum contagium prudentissime uerentes plurimum territi tum medicos, tum homines suspectos ab urbe abdicauerint, sicut de uena ciuili ex Auic. meden ea ciuitate neq; altera multiplicata uerba aliqualiter suffulta. 1. 4. cap. de febribus sextana & cœteris. Galen. enim nec quintanam, nec sextanam uidit de quibus Hip. uulg. morb. 6. 1. meminit. Cum & has Nouæ namq; in filio Bartholomęi à bladis undenam ac mensalem annalem, & huiusmodi reliquas Venetorum urbe populosissima febres, & similia uiderimus. De humiditatibus matricis albis pauca Hip. Gal. Pau. & Alex. peripateticus, ac reliqui græci, neq; multa ab Auic. Haliab Rasi & cœteris Arabibus, nulla ferè à Cassio celso Orib. Theodoro antiquioribusq; Romanis, ab Anglico Guilielmo, Reliquis'ue iunioribus leuia scribuntur, æuo autem præsenti fœminarum in orbe existentium plusquam medietas ex Montagnanę consilio. 219. Hoc languet morbo, neque inconuenit quorundam medicorum tempore quibusdam'ue Regionibus passiones quasdam adesse, & quasdam morum corruptione nusquam comparuisse. Quis enim antiquorum, seu Recentiorum græcorum Arabum, uel Romanorum pesticulas nostro hoc præsenti tempore anno. 1527. uel ante paululum comparentes adamusim conscripsit, cum & illarum nomen adhuc ignotum sit à quibusdam exanthemata, impetigines ab alijs, & pulicaris ab aliquibus, uel macule, & ut libet appellentur morbus. Quis. deniq; mali Galeci Alopetias Barbæ'ue atq; totius præsertim capillorum, & supercilliorum depillationes Tartareas'ue

facies unguium dentium atq; casus, nunc sese ostendentes scriptis mandauit. Quis demum cæterorum morborum uarias species diuersos, seu modos singulis diebus aliter & aliter, atq; diuersimode comparentes à practicantibusq; quotidie uisos tanquam uarias febrium miscellas uelut fit anno. 1549. uaria singulorum temporum diuersitate, ut nec uer æstas, seu hiems sola ueruntamen autumni uarietas toto anno Medicorum prauorum spes magna ditandi comparuerit, inscriptionibus mandare posset. Ideo meta. 3. c. 11. differentię rerum licet non possint numerari à nobis, tamen non dubitamus eas omnes finitas apud naturam. Taxi pinguedinem Dios. Gal. & P. prætereunt, Sumach. 1. Iesemin nec Dios. nec Gal. agnouit. De Buccheide Orchi specie manus palmam imitante ab herbarijs palma Christi nusq̃ Græci, aut Plin. cuius contactu ad 70. coitum, uelut Theop. herba quadam, durare fatetur Hermolaus succoq; intincta manus à ferro ignito nec leditur. Sericum confortare cor à nullo Authore antiquo digno scribitur præterq̃ à Serap. & Auic. quorundam Medicorum sententia. Gummi arabicũ à nullo antiquo auctore particulari nomine donatum uerum potius ex Auer. ab Arabibus tantum inuentum. Senæ Foliculi ab Auer. optime inter Medicinas nouas numerantur nusq̃ apud Dios. Theop. Pli. Galenum'ue inuenti. Ribes quid sit incertum est nempe apud Theop. Dios. Gal. Oribar. Pau. & Aet. non repperi, minus apud Catonem Varr. Pl. Palladium & columellam soli Arabes de hoc succo, & de ipsa herba, uel frutice locuti sunt, nam Serap. cap. 241. de Ribes tractans solos Mauritanos refert; & Græcorum nullos, ut Ribes uerum, neq; apud Græcos, neq; apud Latinos comperiatur. Mororumq; cum duo genera sint apud nos coloribus distincta album, & nigrum, de albo antiquorum nullus locutus est, uel à longe descripsit, nec Theop. Dios. Pl. Cato Palla. colu. præter Ouidium, quam Plin. omnium sagacissimus forsan prę teriyt, quoniam à Theophr. eius mentio nulla fit, cuius simia in plantarum historia uere dicitur, Nunc autem tota Italia huius albæ mo-

ri folijs utitur: immo Ouidij sententia uidetur, quod omnia mora prius alba fuerint dein sanguine nigra effecta sint Metamorphoseos 4. de Thisbes, & Pirami insolentibus amoribus.

Neue sit errandum lato spatiantibus aruo
Conueniant ad busta Nini lateantq; sub umbra
Arboris arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat gelido contermina fonti
Quoq; erat accinctus demisit in ilia ferrum
Nec mora feruenti moriens è uulnere traxit,
Et iacuit resupinus humo cruor emicat alte
Non aliter quam cum uitiato fistula plumbo
Scinditur, & tenui stridente foramine longas
E iaculatus aquas atq; ictibus aera rumpit
Arborei fœtus aspergine cedis in atram
Vertuntur faciem madefactaq; sanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore.

Testimonium mora alba apud Romanos extitisse ac
Thisbes imprecatione confirmata nigra
Voti tamen tetigere Deos tetigere parentes
Nam color in pomo ubi permaturuit Ater;

Cum igitur insitione supra populum albam mora Alba fiant nouum, & forsan Thisbes, ac Pirami tempore, uel horum inuentum est, ut non mirum sit si antiquiores de illa non meminerint. Racemus quoque Vuarum diuersorum per insertionem colorum uaria grana & 3. & 4. & plurium colorum producitur. Hypericon foliorum foramina, nec Dios. nec Pl. pinxit. Iuiubas nunquam descripsit Dios. Cuius candidam speciem nullus cognouit adhuc. Dioscorides unam tantum eryngij speciem cognouisse uidetur. Galanga uera ad hoc usq; tempus ignoratur, si qua utimur uerus sit Dios. Acorus. Terebintho alio, oleoue nos utimur q̃ antiqui fecerint, nihilominus nostris temporibus inuenta est Terebenthina uera

liquida, ac Terebinthus solidus, nam quod pix alba uulgo Trimithia græce dicitur masticem masticatorio longius præcellit. Podagricis guttosis, atq; catarro omni efficacissimum adiutorium, ad nos e Cypro allata est, cum prius non afferretur, Nisi laricina, terebinthi'ue oleum antiquorum non habemus, immo potius ex larice Dios. li. 1. ex Terebinthi seminibus, quæ magna copia afferri promisit, qui harum arborum pene syluas possidet D. Hieronymus Marcellus diui Marci Procurator clarissimus, Cuius gratia benedictum Terebinthi uelut myrti oleum parabitur. Ligni aloes cuius ortum neminem unquam uidisse scripsit Pandectarius, e terrestri Paradisi fluminibus descendentis, sicut sensit Chend sententia Serapio, Lusitani insula sumatra harum arborum ingentissimas syluas iuuenere, Nucem Methel, ac Vomicam, neq; antiqui, neq; Recentes descripsere Græci, nec Latini, Arabibus gratiæ agendæ, qui has scriptis mandarunt, & nobis indicarunt, adhuc tamen frutices ignoramus. Kermes antiquis ignotum an cor confortet, nec ab antiquis nec à Recentioribus proditum. Nunc autem Kermes nouum pulcherrimum, ac uetustiori commodum si uncia huius una operis plus adimpleat quam uetustioris libra, adinuenit in insula Peru Hispanorum diligentia, ac prudentissima consideratio, Vnde uiliori emptum precio Damascenum sericum nostra locupletius cubicula exornat. Pes Coruinus quid esset Auic. Tantus alioquin med. Magister, uel dubitat aut nescit, Mesue scribit lapidem Lazulum melancholiam educere à Græcis non dictum, qui sine ratione reprehenditur, ac si necessarium sit nihil noui posse inueniri, De boragine Auic. nihil dixit. Multa. n. post antiquos inuenta sunt, & plura inuenientur, Multaq; nunc extant antiquis ignota. Nam ultra Indię lignum de quo supra, reperit Hispanorum solertia simplex quodam salsa Periglia uulgo nuncupatum, atq; alterum uocatum il Pallo recentius adinuenit uirtutibus pluribus insignitum & quorum facultates propediem à nobis describentur. Soliti enim erant ueteres in principijs rerum quærendis uaria, & sibi inuicem contra-

ria excogitare, quæ Iuniores deinceps emendarunt, & corrigunt. Eo maxime cum inuentis addere, uel ſubtrahere labore ingenti uacare uideatur, Sic'q; poſteri perſpicatiores fiunt, ſemper quidem noua ſunt ingenia, & cogitatu meliora. Patauij nuper etiam adinuentum eſt de Korna oleum. Argemone herba adhuc ignota. Amomo caremus ac Cardamomo Dioſ. ex Armenio Boſphoro India, uel Arabia haberi poſſibili. Petroſelinum non habemus. neq; Calamo odoratos ex India potenteis aduerſum inteſtinæ egritudinis incommoda. Ambrum noſtrum nunquam apud Arabes comperies, & Græci nullum habent peculiare nomen quo ipſum indicent. neq; unquam uidimus antiquorum Acatiam. Et gummi ederæ quo utimur eſt adhuc quid ſit ignotum. Gummi ue rutæ Silueſtris, ſeu montanæ nusq̃ terrarum inuenitur. Gluten'q; gariofilorum neq; apud Arabes. neq; adhuc apud nos reperitur. Centaurium maius conciliatoris æuo differentia. 100. noſtra'q; ætate adhuc ignotum Memite ex Dioſ. Glaucium quibuſcũq; fere ignotum. Materia meta: 7. t. 24. ſecundum ſe adhuc eſt ignota. Quadratura circuli ſcibilis, ex Orontio Delfinate mathematico ſuis ſcriptionibus diligenter in præſenti tempore indagata, ex prędicamentis, nondum tamen ſcita. Adhuc ſpecies ſanitatis, & egritudinis ex Auer. 57. 5. Phiſ. & 3. cœli. 18. ac 3. col. cap. 1. nomina non habent. Oleo rhabarbari quod concuſſionibus, & lacertorum contractionibus eorum'q; doloribus Meſue anno Chriſti. 1160. conferre deſcripſit æuo præſenti caremus. Medicinam ſanguinis eductiuam de phar. uirt. neſciuit Gal. & pręſenti ęuo adhuc ignorant omnes. Sal Napthicum non habemus. Sycomorum Venetijs inuenimus ac Romę. Coſto caremus, adhuc facile tamen ex Arabia facilius ex India facillimum ex Syria Venetias ferri. Lepores cuniculos & paſſeres promiſcui generis eſſe ſupra humanam naturam antiqui phyloſophi ſcriptum reliquerunt Recentiores manifeſtiſſime marem & fœminam deprehenderunt. capparis oleum nuper ex floribus fieri inuentum lienis durities mirifice ſoluens. Armenum lapidem nullus habet reperitur tamen, & Plin

tempore terra inuenta est, & nunc quoque habetur eius coloris. Salem Indum dulcem non habemus, huius uerumenim loco saccharo cando utimur. Terram lemniam primus in Italia clariss. Petrus Zenus Patritius Venetus portauit. Sesamum antiquitus in Italia ex colu. & Pli. serebatur, nunc non solum non seritur, immo ex Cypro uulgo Biscocto apportatur pane. Cauiarium nunc quoque rubeum e mundo apportare Venetias nouo. Vbi tot ac uarie piscium species, nunc uenduntur, ut noua semper rerum ignotarum insurgant admiratio. Quocirca minime mirari oportet præcipue cum uniuersa Italia magnis, atq; uarijs cladibus confecta sit distrahentibus ea pluribus populis, atque Barbaris nationibus si antiquorum elegantia puritas ars, & sapientia uiolata sit, & simul inscitia bonarum literarum artium atque imperitia succreuit. Plures modos metalla ferruminandi inuenere Neoterici quam à Dios. Pli. atque ab antiquioribus tradantur arte inuentis semper addente. Nam ex marchasita aurum & argentum excudi nullus antiquorum monuit, immo Albertus non posse detrudi fatetur. Recentiores quoque Chimiste nouos quosdam, tum olea componendi modos, tum colores, aquas, & alia quamplurima conficiendi inuenere partim ore, partim suis editis uoluminibus, Alphonsus quoque Ferrariæ Dux uir nouarum rerum scientissimus æuo nostro noua thymiamatis genera inuenit ac puluerem, sicut corcyre à nobilibus quibusdam Venetis sineq; ui ulla compertum, qui glandem sine Bombo è machinis bellicis bombarda, uel eiusmodi proycit. Apud antiquos nusq̃ nostrorum syruporum potiones scriptas inuenies, eorum certius quos ex zuc paramus, ut male Mesue Gal. adducat. 11. med. meth. de syrupo acetoso simplici loquentem, nec librum secretorum de hoc scribentem composuit Gal. infusionum modos antiqui non pertractarunt quas Mesue in uniuersalibus abunde docuit, aut horum similium, paucissimis utebantur, nec more nostro ea pauaula exhibuere, quippe qui non diluculo illa syrupos ue propinabant utpote oximel Hydromel Ptisanam, & alia sed in febrium ardoribus pro siti sedanda, &

ad aperiendum qualibet hora diei cum opus eſſet: antiquis ignotæ compoſitiones à nobis 4. ad humores quoſlibet ſoluendos compoſtas & gelatines. Syrupum autem roſeum ſolutiuum magis ex pluribus infuſionibus nos quoq; nouiter in apotecha à Sarraceno fieri pręcepimus, & cum melle idoneum potius hieme parauimus, fumiterræ peonię Meliſſæ & capillorum ueneris zuccarum diamaluam ſyrupum maluę, ac dialteam Veſicæ renumq; ulceribus pręſtantiſſimas urinæ ardori, ac Retentioni auxilia. Diacitrum diaſaluiam diapraſſium, & diayſopum, Vomitiuam aquam illam noſtram timpidiſſimam ſapidiſſimamq;, olea unguenta id potiſſimum ad epilepſiam, ad enecandos uermes theriacæ ac experimento quibuſcunq; pręeminentiſſimum, ſyrupos & de cicorio nicoli cum aceto in Franciſco clariſſimi D. Ioannis Cornerij nepote pulueres emplaſtra decocta pillulas trociſcos, ac libro de nondum confectis ſimilia plura: Diacaridio diacaryo melius rob nucum nullus ante Gal. uſus eſt huius compoſitionis inuentorem. Syropus de roſis ſiccis Recentiorum inuentum, Syrupum biſantinum ſolus deſcripſit meſue. Smaragdi nunc quoq; genus alterum ac q̃plurimum à noſtro cognito diuerſum inuenere Hiſpani in inſula Peru confectis coronulis quibus dominicam orationem ac uirginis ſalutationem ſignant mulieres tantę magnitudinis, ut ſecto patre noſtro ex medietate facti ſint ſmaragdi ualoris triginta millium ducatorum, ac ſexaginta, Immo columnas ex ſmaragdo confectas inuenere longiſſimi manus digiti quantitatis maioris, ex quibus paruam licet unam poſſidet, qui etiam rubinum mihi oſtendit album ex anglia nuper aduectum radioſum ruborem ſpirantem, donauitq; me ſaphiro nigro à noſtro cognito diuerſiſſimo occultarum uirtutum multarum illuſtrato, ex Peru quoque turchium lapidem alterum nuſquam ab antiquioribus depictum, nec amplius uiſum afferri indicauit clariſſimus æui noſtri gemmarius Thomas empolus p̄nte Iacobo Sanſuino me curante ſculptore pręſtantiſſimo, ac rerum nouarum indagatore ſolertiſſimo: qui etiam domū meā illuſtrauit lapidata pręmiſſa ſculpta cum Chr̄o ærea uirginis ima-

gine. Immo æuo nostro ardentes aquę parantur semimortuos per aliquod temporis spatium reuiuiscere facientes, sicut Scillitico aceto ex Plin. 20. cap. 9. tanta uis erat, ut auidius hausto extinctæ animæ momento aliquo speciem prębcret, ut tres guttæ quandoq; aliquem adeo reuiuiscere fecerint quod domi suæ opportuna disposuit testatus est, & trium dierum spatio adhuc superuixit, qui debebat eadem hora mori, harum quadam Clemens. 7. Papa uita fere destitutus aliquot diebus superuixit. Antiqui etiam pro ingeniorum uarietate, & diuersarum ætatum compositiones immutarunt. Arte.n. medica usu uenit, & alijs, ut aliqui in qualibet arte nascantur, qui sibi arrogent, & in his noua comperiant, ut M. Antonius ex Pli. primus iugatos Leones ad currum iunxerit ab illis uectus cum Mima Cythareda. Heliogabalus Imperator canes, ac iunctis quattuor ceruis in publicum processerit iunxit & tygres, nudas'ue mulieres: sicut firmus Imperator ex Aurelio Struthiones adeo ut magis uolare q̃ gestari à uopisco uideri referatur. Terra Lybica ex Aeliano multarum ac diuersarum f.rarum fertilis est, parit autem & catoblepum nobis adhuc ignotum, & alia plura. Quot herbæ etiam in partibus nostris quas singulis diebus pedibus calcamus, quot in syluis plantas secamus, quarum uires & nomina ueteribus ac nobis ipsis, adhuc snnt ignota. Vnde Plin. medicam artem interpolem appellat omnibus immutatis, adeo ut multis occasionem dederit inconstantissimam dici, cum nulla constantior firmior'ue sit. Gal. itaque comparans medicos addere nescientes mutare ac minuere imperitis sutoribus una calcei forma quoscunque calceantibus noua semper experiebatur. & discebat, Cuius æuo ex Auer. medicinæ Anatomicæ pars ignorata, ideo in ea Arist. præferendus, nam musculum supra palmam manus expansum solus cognouit Gal. 1. 1. do. 5. summa. 2. cap. 20. sicut 30. primus cognouit super plantam pedis musculos, Zoar non repperit æuo suo ex Nic. fl. 5. 7. tr. 3. sum. 1. cap. 1. Chiro-

logum

logum qui sciret recte operari. Neq; priores. 1. meta. t. 8. dialetica participauerunt, Et Auic. ignorauit quod unum quod est principium numerorum. 10. meta. t. 5. & 8. ac eiusdem 4. c. 3. est aliud ab uno quod est synonimum enti. Nullus sciuit materiam ante Arist. 12. meta. c. 3. & 1. Phis. c. 70. qui solus cognouit causam materialem in rei ueritate 3. meta. c. 2. & 1. phis. c. 79. à Pythagora usq; ad Plat. omnes phisici uacuum esse in mundo dixerunt. Zodiacum circulum Pytha. inuenit quis Siopideschius philosophorum hist. sibi appropriet, Gnossi Mineruam ciuem numerent primumq; apud se fruges satas affirmant audacter cum atticis contendentes. Proinde diffiniuit Hip. medicinam esse additionem & diminutionem. Imitari igitur eos potius debemus de aliqua de optime sentientes quam usum aliquem sine ratione factum, ubi meliora inuenta sint semper meliora insequenda, in singulis enim artibus manifestum palam & certum ac quibuscunq; notum, modo unum modo alterum in nouum accedat reuertatur ac ueniat usum, tanta est ingeniorum ac uoluntatis desideriju'e humani uarietas, ac nouitatum omnium facilis quorumcunq; imitatio. Asclepiades enim qui ætate Pompei uixit præter alia multa blandimenta etiam, & quasi lenocinia commentus est ad ægrorum gratiam atque iucunditatem, siquidem & balneorum consuetudinem celebrem fecit, primusq; lectulos excogitauit suspensiles quorum molli faciliq; iactatione, aut alliceretur somnus, aut morbi ipsi magis extenuari possent à Plin. ex Var. commentarijs relatum, & permulta in arte medendi commutauit, sicut Themison eius succeßor. Non debemus profecto ita nos metipsos destituere, ut aliorum semper uestigia sequentes nihil per nosmetipsos decernamus, hoc enim uere esset alienis oculis uidere, alienis auribus audire, alienis naribus odorari, aliena sapere intelligentia, ac nihil nos aliud quam lapides esse statu re si omnia aliorum aßertionibus committeremus, nihilq; à nobis ipsis discutiendum putaremus. Galenus enim de simplicium facul. 9. confitetur se nullam habuisse experientiam de argento uiuo, Vsu &

solertia in dies plura inueniri, nemo est qui nesciat. Vnde Senarius. Artium omnium Pater est usus. Ex Vergilio.

Vt uaria usus meditando extunderet artem
Paulatim.

Claudianus

Luxus & humanas oblimat copia mentes
Prouocet ut segnes animos rerumq; remotas
Ingeniosa uias paulatim exploret egestas
Vtq; artes pariat solertia nutriat usus
Nunc mihi cum magnis instati natura querelis
Humanum releuare genus.

Illud demum de cœteris rebus dicas quod de uocabulis Horat. cecinit

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore uocabula si uolet usus,

Vt modus alius antiquitati placuerit instit. 4. rub. de satisdationibus, alium nouitas per usum amplexa sit, Egregie igitur ac prudenter à ueteribus factum est, qui ciuitatum instituta, & leges uolebant à suis ciuibus perdisci, ne uidelicet ignari rerum, & uitæ rationisq; expertes haberi possent. Nam quod esse hominibus melius, ac potius debet quam ex aliorum inuentis, atq; constitutionibus inscitiam prorsus expellere atq; prudentiam augere.

Cur antiquiores uixerint diutius, naturaliter obierint, & in morbos minus inciderint. Cap. 13.



IVINO prætermisso miraculo utsupra maximi uoluntate Dei. ex Poeta

Paruis minimisq; natura contenta.

Paucis enim intenta nutrientibus illa commodius concoquit ac facilius. Tempore Hip. 28. 6. uiuebatur parcius, huius tem

poris filij uiuunt in suauitate luxuria & gula. Hinc podagra hereditate comitatur spermate maculato, ut nati parentum sui'ue causa duplici langueant, Antiquioribus meliori parco paruoue utentibus uictu glandium, seu castanearum esu alim. 2. contentis. Vt Apollonius tyaneus ante homines omnis pulcherrimus Pythagoreorum, ac brachmanum ritu à coitu uino & carnibus abstineret, solis uestibus linteis, lanæ uestitu prophano tanq̃ beluinæ sordis excremento neglecto, amictus ac calciamento ex arborum corticibus, sicq; Deos precaretur, concedite mihi pauca habere & nullius indigere, ex Crinito

Ille est beatus, qui omnibus uacat curis

Nec alteri nec sibi negocium præbet,

Diceretq; ab omni uenere abstinere me iuuat, & hoc ipsum amo nihil amare, Ex Socratis commentatore abstinendum à uenereis, quibus qui tangeretur non facile sapientia posse uti. Vt cum Phraorte Indorum rege conuiuio exceptus humaniter atq; adhibitus ambo oleribus tantum pascerentur reliquis conuiuis sumptuosissima uenationum cibaria uorantibus, Nam rex ipse uino etiam abstinebat & carnibus, uinum dicens ex sapientibus Indis somnia facere inquieta, mentem quoq; uigilia caliginosam, & sæpe oculos conniuentes, Aquæ autem potor semper est sobrius sui compos uigil quietus dormit dormiens uaticinatur, mens non suffocata uino quæcunq; somno præsagit facile discernit & colligit, unde somniorum interpretes sola matutina somnia interpretatione digna existimant, ut Amphiaraus summus apud Philostratum uates iusserit, sacerdotes qui responsa clara accipere, & sincere reddere uellent à cibo integrum diem à uino autem triduo abstinere, quia non posset recte uaticinari anima, nisi esset uino ciboq; liberata, sobrijs enim animis, ac religioso diuinoq; cultui uacantibus solent Dij tribuere oracula. Paulus ad Ephesios. 5. nolite inebriari uino in quo est luxuria, & 3. oportet episcopum esse doctorem, ac ad Titum. i. non uinolentum esse, sed sobrium atq; Diaconos non multo uino deditos mulieres similiter sobrias cap. 4. sobrius esto. 2.

Senes sint sobrij Anus non multo uino seruientes Adolescentes sobrias, iuuenes sobrij, apparuit enim gratia Dei, & Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei et Saluatoris nostri IESV Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Quam sufficiens est homini eruditio uinum exiguum Eccl. 31. & dormiens non laborabis ab illo, nec senties dolorem. Multos enim exterminauit uinum, quæ est uita, quæ minuitur uino, uinum multum potatum ruinas multas facit amaritudo animę est, ut Esaię. 28. hi quoq; prę uino nesciuerunt, et præ ebrietate errauerunt sacerdos et propheta absorpti sunt à uino errauerunt in ebrietate. Medicus nec plurimum summat uinum Halyab. 1, cerebro. n. nocet et mentem corrumpit, pessimiq; ex eo fiunt totius corporis morbi mania amentia, et huiusmodi, ut Elpenor uino largius hausto impos animi factus scalarum lapsu exanimatus sit. De sequela potentiarum animę. 3. et ex Propertio.

Tu quoq; ò Eurycion uino centaure peristi
Necnon ismario tu Polypheme mero.

Vino itaq; ex poeta permisit multum prudentem ualde turpari et uiolenter ridere et saltare, et uerbum dicere quod indicibile manere erat melius. Anacreon poeta uino deditus uuæ acino suffocatur. Philostratus balneis sinuersanis tantum uini potat ut ebrius scalarum lapsu pene extinctus sit. Androcydes ad Alex. uinum potaturus rex memento te bibere terræ sanguinem, nam sicut uenenum est homini cicuta sic cicutæ et uinum. Virus potentissima res utenda parcius, quod ueneni uenenum sit, unde Ambrosius maior uis uini q̃ ueneni. Arcesilaus philosophus immodico uini haustu excessit. Lacydes potu nimio paralysi moritur, Cleomenes Spartanorum rex Schitarum uinolentiam imitatus in insaniam redactus est. Armitus et Cyanippus

Syracusani ebrij ex Plutarcho filias contaminant. Dionysius iunior usque ad oculorum uitium ebrietati mancipatur.

Multa bibens tum multa uorans male denique dicens
Timocreon Rhodius.

Vt crapula uinoque repleti spiritus noster noxijs uaporibus oppressus, sicut aqua turbida sub eadem forma solet dissimiliter affici, decipitur atque herescit. Vnde Anacharsis respondens quomodo abstemius esset, si ebriorum motus ante oculos poneret, qui lingua uentre, & pudendis abstinendum præcepit. Vinum enim magna quantitate sumptum licet bonum ac odoriferum, ex Gal. de morb. differentijs frigidi morbi causa existit. Leuibus tenuibusq; cibarijs uescor mihi longe iucundioribus inquit Apollonius, quam laute aliorum & apparatissimæ dapes, hoc.ue admirabilem quandam Archanamq; perspicacitatem sensibus tribuit, neq; turbidum quicquam aut obscurum circa ipsos manere patitur, facitq; cuncta uelut seculi claritate tam facta q̃ futura perspiciam, ut ex Solone nec cibum aut potum plusq̃ oboli asportare liceret, cumq; Lygurgus agri diuisionem spartiatis constituisset, uiro frumenti. 70. Medimnos, fœminæ uero. 12. ex liquidis item fructibus pro ratione copiam reddidit, Nam tantum alimenti abunde is fore arbitratus est quod & ad bonam corporis ualetudinem habitudinemue satis esset, alia uero re nulla indigerent. Vnde Sophocles quotquot philosophantes excudunt aliquid, ante omnia uentri, ut dominentur decet, quo sine nihil est pulchrum dicere, aut facere, magistra consiliorum est frugalitas prudentiũ. Commentator de Socrate dieta animum corpusq; instruxit minimoq; uiuebat sumptu pane tñ cum lacte uescebatur. cur putatis Circen Vlixis socios in porcos uertisse, nisi ob incontinentiã fictũ, Vlixem aũt continentia usum Mercurij monitu minime mutatũ fuisse, ex usonio cibi potusq; cõtinentia principiũ ferè totius sapiẽtiæ. ex Gal.

Purgat totum corpus exiccatur & æque,

Epicurus apud Diogenem frugalem uictum pane Aquaq; contentus, eo quod maiorem uoluptatem in minima uictus cura repperiret.

Plutarchus Diuinũ existimo illum, qui nullius indiget, proximum huic qui paucis, Hieronymus Adam donec ieiunus paradisum habitat, sa-tur eiectus est, Moses ieiunus in monte legem accepit, Populus uero satur uitulum conflatilem fecit, Niniuitæ iram Dei ieiunio uitarunt, Daniel ieiunus responsa Dei accipere lacumq; leonum superare me-ruit, Ambrosius Loth sodomitas sobrius uitauit, idem ebrius filias uitiat, Noe in arca ieiunus seruatur, extra potans periyt, & Olo-phernes ebrius mactatur à Iudith. Fulgentius episcopus Rupensis nulla unq̃ necessitate adduci potuit esitandi carnes, aut uinum biben-di. Iacobus minor uinum aut siceram non bibit carnes nunq̃ man-ducauit. Emericus Pannoniæ diui Stephani uinum uita tota nec gu-stauit. Locrenses epizephyry uino uti capitale ducebant. Aegyptio-rum sacerdotes à carnibus abstinebant & uino. Ex Catone unum ex omnibus Cæsarem ad Remp. euertendam sobrium accessisse. Vnde de Bonoso dictum Aureliani celebratum, natum non ut uiuat, sed ut bibat, inter pocula, & potationes uitam consumente, de cuius obitu ioculare dictum inualuit amphoram pendere præ uino uideretur quod affatim ingurgitauerat, ut lege symposiaca prima cratera faciat ad sitim. 2. ad hilaritatem. 3. ad ebrietatem. 4. ad insaniam, cum ipso quidem uino sapientia ueteri prouerbio obumbretur, Nam & quater-nario numero Democritus abstinendum censebat condito uolumine de hoc, unde Ausoniana sententia ex Flacco ter bibe, uinum itaque ex Dioscoride neruis nocet ac sensibus, uetus album ac subtile in-flammat, difficile coquitur, & somnia adducit praua: Fugere itaq; oportet de euch. & cach. 8. ab ita antiquorum potu, sicut & à ualde iuuenum. Illa enim superflue calefaciunt, ista uero omnino non cale-faciunt, Maxime autem à crassis natura uinis abstinere congruit q̃ diu fuerint iuuenescentia tanto enim deficiunt conferre digestionibus ciborum quod & ipsa uix digeruntur, cum hoc autem neq; distribuun-tur faciliter, neq; urinas prouocant, neq; sanguificationi conferunt, neq; nutritioni, permanent autem plurimum in uentre suspensa con-

ſimiliter aquæ, & ſi modicum amplius ex eis quis biberit cito aceſcunt, Nigrum craſſum eſt, digeritur tardius, ſtomacho nocet, inflat & inebriat, Dulce quoq; craſſum lentius coquitur & uentriculum uelut muſtum inflat, ponticum neruis officit, ſtipticum capitis dolorem concitat atq; inebriat. Vnde ex Plat. 2. legum legem ſtatuimus primo quidem infantes uſq; ad 8. annos penitus uinum non guſtare docentes, quoniam non oportet ignem ſuper ignem deriuare, offendendo corpus, & animam anteq̃ ad labores incipiant pergere maniacum uitando habitum, iuuenum poſt hoc autem de uino quidem guſtare moderate uſq; ad 30. annos. ab ebrietate autem & multo uino penitus iuuenes abſtinere. Nullus item ſit Dux exercitus cum hoc potu, & in ciuitatibus nunq̃ fieri ut ſerui, uel ſerue uinum bibant, neq; illi qui principantur illo anno, neq; gubernatores, neq; iudices uinum guſtant penitus, neq; quicunq; uult in conſilium dignum ſe haberi uerbo, neq; de die, neq; de nocte bibere hoc excogitet facere infantes uir uel mulier, & alia multa diceret aliquis quibus eos, qui intellectum & mentem rectam habere debent ſuaderet non eſſe potandum uino cum uaporibus calidis totum corpus, & maxime caput repleat, & motionis immoderate cauſa fiat concupiſcibili parte animæ, & iraſcibili, & conſilij, & rememorationis rationali. Sed ſiquidem hæc ita habent per mediam craſim dictæ animæ actiones uidentur ledi quando bibimus uinum. Gulę autem exceſſus ex Gregorij moralibus trifariam hora præueniens à Ionata. 1 4. 1. regum, menſa lautior ab Iſraelitis numeri 3. cum carnes appeterent. 3. ſumptorum uoratus ab Heli filijs 2. 1. regum carnium uorantibus ollas, quo ſumptuarie ex Romanis leges craſſi diuitis pręſertim licinia præter Kalendas nonas ac nundinas reliquis diebus apponens tantũ carnis aridæ pondo tria, ac ſalſamentorum libra Tertulliani apologetico contra gentiles de Romanis legibus, quo nam ille leges abierunt ſumptum & ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cenam ſcribi iubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, & eã non ſaginatam, cratq;

sumptuarijs legibus cautum ne supra C. HS. in conuiuijs quisquam Romanus expenderet, lege Fannia ex Gellio Samonico, & Macrobio cibarij sumptus, ac nimius Romanorum luxus inhibetur, Romanorum libidinem, & ambitionem in conuiuijs tam urgenter accusat Tertulianus, cœnasq; illas ueterum parciores appellat, per multis.n. legibus ex Lucilio cœnas illas profusiores, & Adipales Romani coercuerunt, & Plin. 8. extant censorie leges abdomina testes uuluas glandia, ac sincipita in cœnis gliresq;, & alia minora apponi uetantes, unde abstinentia diu ualentes uixere. Apud Philostratum rex Indorum Porus longo robore mirandus pane tantum & aqua se sustentat. Massinissa rex ex Cic. nonagenarius sine pulmento uictitat, Mithridates senex detecto capite, ac pedibus uenatur, minimeq; accumbens, sed stans uescitur. Viriatus Lusitanus bello, neq; accumbit neq; dormit lecto, Annibal ex Liuio neq; somni habet discriminata tempora, sed quæ tantum à negocijs superessent. Augustus ex tranquillo facilis ac breuissimi cibi sæpe ad medias epulas saciatis iam conuictoribus uenit eisq; relictis sepe primus è mensa surgit. Lacedemonij Lycurgi legibus nullam habuere abstinentia potiorem disciplinam, ex Atheneo ephoris iuuenum corpora die aliquot nuda inspicientibus si quid insititæ pinguedinis ad certamina, ac gymnasia inutilis uictus abstinentia & exercitatione castigari iubentibus. Dionysius tyrannus uastam obesi corporis crassitudinem tum abstinentia, tum irudinibus appositis noctu lateribus, dum quiesceret humorem paulatim exhaurientibus emendat. Aegyptia iuuentus lege Amasis regis breui cibo assueta auctore Diodoro, nec priusquam stadia. 180. percurrisset uescitur. Plato frugalibus cœnis ex Cic. Tusculanis Plutarchi'ue bonæ ualetudinis præceptis utitur, Timotheo apud illum cœnante non solum in presentia, sed etiam postero die iucundas appellante cœnas. Hieronymus qua non uitæ duritie annos prope. 90. durauit, Hilarion 15. aridis ficubus primo postremo modico pane decrepitos uidit incolumis annos, ex Cic. Anacharsis mihi pulpamentum fames, cubi-

le solum

le ſolum, ueſtis Scitharum tegmen. Eunuchi idcirco æuo uoſtro contra Hip. 28. 29. & 6. 30. ac fœminę podagrizant et pueri, delectationibus inclinati utpote exercitati nimium, pluſquam digerere poſſint manducantes, uino ebrij forſanq́; ieiuni, nam uinoſus inſanos gignit, digeſtionis itaq; malitia nimia'ue repletio animalem ſpiritum opprimit nec quieſcere quoq; permittit, palam in ebrijs uini acuto fumo pungente ſenſibiles ac ledente neruos, ſępe in furorem diſponente ac mortem, ni arte natura'ue in ſomnum reclinentur ocius, quod non erat Hip. tempore, pueros enim q̃plurimos annorum. 10. podagra male affectos ac praua adeo uidimus, ut adhuc adoleſcentes ea ipſa, ſicut illuſtris C. Claudius Rangonus indolis præclariſſimæ iuuenis breui obierint. Immo antiquitus ex Gal. de inequali diſcraſia doct. 3. cap. 2. nemo rigorem ſine febre patiebatur, quoniam nullus tantum ocioſe & implete dietabatur, et propter hoc ſcriptum eſt ab antiquis medicis ex neceſſitate ſequi rigorem febrem, ſed & nobiſipſis & alijs multis iuniorum medicorum uiſus eſt multoties rigor quem febris non eſt ſecuta mulieribusq́; uirisq́; quibuſdam ocioſa uita, uel cibariorum multitudine ampliori tempore uiuentibus. Homo dein infinitis ſubijcitur miſerijs peſti, fami, bello, terremotibus, diluuio, uentis fulminibus, Aeſculapius enim Apollinis Dei medicæ inuentoris filius Fulmine interijt, Romulus primus Romanorum rex Romæ conditor, Tul. hoſtilius, Carus quoq; uel Gallus imperator, ac Anaſtaſius, Alij'ue q̃plurimi. Quot aquis ſubmerſi, quot occiſi, & ab equis diſcerpti, quot à ſerpentibus leonibus canibus atq; ab alijs feris uorati. Quot fame ſiti diuerſis'ue modis cruciati. Quot gaudio ac actu uenereo mortui. Quot fœminę partus dolore. Quot diuerſis alijs caſibus extincti atq; ſimilibus uitam humanam abbreuiantibus. Non ne dominus. 2. 1. Regum minatur Heli ſacerdoti, nec ſenex fiat in domo ſua, cum dormirent fi'ij cum mulieribus, quæ obſeruabant oſtium tabernaculi carnem, & adipem manducarent anteq̃ imolaretur domino maximo puerorum gulæ, ac peccato luxuriæ. Vnde Solonis lex

extat, cum longius abstinerent, ut ter in mense omnino congrederetur uir cum uxore, Quo sancti ac ueri Christiani sanctissimam, ac indiuiduam Trinitatem uenerantur, homines autem diabolicam Trinitatem adorant ludum, gulam, luxuriem, præsenti dein tempore puer, nec uir fœminę iungitur, Nam & si sperma 14. anno gignat, forte nec fit, mares ue generans animal. 9. nisi post. 22. annum, ut antea luxurians debilitetur & pigrescat, est autem Poli. 7. adolescentium coniunctio improba ad filios, in cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti sunt, & fœminæ crebrius q̃ mares, & parua corporis forma gignuntur si de magna sint origine magne inter, s. quæ uero de parua parue, quocirca necesse est hoc idem in hominibus prouenire: huius autem coniectura fuerit quod in quibuscunq; ciuitatibus cousueuere adolescentes mares puellasq; coniugari in eisdem inutilia ac pusilla hominum corpora existere. Vnde præsenti tempore principum ac nobilium nati, ne eorum familia delitescat, & successio pereat, pusili nascuntur ac parui, uel parentes, sicut nuper contigit illustrissime indolis Francisco immaturo nimis cum filia augustissimi Ferdinandi Romanorum Regis matrimonio uniuersa commerente Italia ac dolente Mantuæ Duce amisso, ocius obeunt. Prudentia tamen sapientia ac uirtute Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalis Herculis, tum fortitudine ac prouidentia Imperatoris exercitius maximi D. Ferantis Viceimperatoris Caroli V. semper Augusti patrui, successio ac Ducalis maiestas, & ultra releuanda. In partu quoq; laborant magis puellæ ac pereunt plures. Quo responsum oraculi Tricenis datum, quidam existimant ob istam causam quasi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum non propter fructuum collectionem. Ad continentiam quoq; utile est nuptias fieri seriores intemperatiores enim esse uidentur cum puellæ ueneri assuescant, at Marium corpora crescere impediantur, si adhuc augente semine consuetudinem incant, nam huius terminus hic esse uidetur quem non multum excedit amplius, Quapropter puellas quidem cir-

ca ętatem . 18. annorum nuptui tradere congruit, Masculos autem circiter ętatem annorum sex & triginta in hoc enim tempore, & uigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simul apte desinent procreare posse, & filiorum susceptio partim erit ab initio eis ætate uigentibus si recte procedat statim generatio. Adam enim primus homo, & si tunc necessaria esset propagatio, omnium remittatur iudicio uixit nihilominus annis 30. tempus matrimonio aptum, & genuit duos filios, & totidem filias. Maria autem uirgo nascitur ante Christum filium eius, ac dominum nostrum Dei unigenitum spiritu sancto conceptum annis circa. 16. uel ultra. Si autem homines antea nubant imperfecti morbosiores gignunt, est autem puer agonus. 1. ingeneratiuus de generat. animal. 1. & complexionum. 2. cum sit animal imperfectum, cuius nutrimentum adhuc oporteat in nutriti augumentum neq; in spermaticum superfluum tendere. Mulieres enim ex Philonio ante adultam ætatem difficulter pariunt. Nam infra annum. 25. pregnans primogenitos inquam quod obstetrices non animaduertunt, difficulter pariet. Adolescentis autem annorum. 14. semine animal. 5. creatura fit debilis uoce diminuta, ac colore, unde iuuenum oua. 6. faciunt pullos ocius manifesto. 3. dierum spermate non sic senum oua. Mulier enim pregnans ante. 21, annum animal 9. debilitatur multum, & pallescit, antea autem de signis impregnationis cum impregnatur puella, quæ nondum consecuta est. 15. annos timetur ei mors paruitate matricis, nam uelut in seminum genere philosophi probl. ocius ex caulescit olus quod semine uetustiori, ut trimo, aut bimo prodierit q̃ quod nouo, ita in animantium genere semen celerius affert quod uiget, nam quæ uetusta admodum sunt uim suam omnem exhalarunt, quæ Recentissima imbecilliora propterea sunt quod excrementum, adhuc procreationi minime conueniens continent, media enim tempore humore inutili omni exacto ualidissima esse probantur, Celerius igitur semen profundunt, efficacius atque utilius, Plat. ideo legibus uxorem quisq; à 30. anno usque ad

35. ducat quod si non faxit pecunia multetur, & probro. Ex Paulo 5. ad Thimotheum uolo autem iuniores nubere filios procreare matres familias esse. Dein cibis ac poculis repleti ebrij, nec gignunt, aut multum coeuntes, aut debiles efficiant. 3. 2 o. probl. uinum enim & mulieres eccl. 19. apostatare faciunt, ut Hugo uir sanctissimus ac castissimæ uitæ Gratianopolitanus pontifex annis. 53. nullius fœminæ faciem uiderit. Contra quos id Plat. nec iniuria perferetur quousque uobis carcerem ędificare pergetis proprio in corpore mortui in alieno uiuentes, qui se ipsos alterius gratia deseruerint omnium esse miserrimos, qui neque se possideant ulterius neque alterum, unde ex sentio augure qui sapias amare noli. ex Crinito.

Amoris æstus atq; amantum insaniam
Si quis sequatur
O quam nephasto ludibundus poculo
Sensim uenenum concipit,
Quietis expers anxiam mentem gerit
Et ardet ambitu leui,
Nunc plenus aura uota desp ectat sua
Falsoq; trahitur gaudio,
Nunc insolens contemnit infames notas
Aut pallet ignauo metu
Vel impudenti contumax audacia
In omne proruit scelus.
Amantis æstuat animus
Et huc & illuc peste succensus graui
Inclamat heu diras faces.

Præterea morbo aliquo laborantes, quid enim prohibet ex Hip. de sacro morbo fœtum eodem morbo generari quo & parentes laborarunt, quoniam corporis partes omnes ad genituram conferunt, sani de sanis gignuntur, morbosi de morbosis, ex corruptione complantata generationis principijs fixionem inseparabilem habente, unde ex

ſacris literis patres noſtri comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Quamobrem lunares illi populi quos Socrates in Phedone deſcribit eminentiſſimam terrę ſuperficiem & altiorem nubibus habitantes ſobrij admodum paucisq; contenti ſecretioris ſapientię ſtudio religioniq; dediti uitam agunt ita proſperam tam longeuam, ut non tam mortales homines q̃ immortales Demones habeantur, quos Heroas multi nominant æreumq; genus Saturni quodam ſeculo aurea ætate regnoq; gaudens, ex Arabibus ultra equinoctialem ad meridiem ſubtiliſſimi habitatores Demones quidam, qui nec oriri uidentur neq; mori Saturni caudæ ue draconis facultate, confirmatum ex Albumaſar filij Sadar quibuſdam Indię regionibus Saturno ſubiectis homines eſſe ualde longęuos, atq; ſenio plurimum extremo decedere, quoniam Saturnus externos non autem domeſticos ledit omnium potentiſſimus, ut 7. 7. eth. habitatores extremitatum habitabilium ſolum uiuant ſenſu, qui igitur modica ſpernit eccl. 19. paulatim decidit. Nihil enim intulimus in hunc mundum Pauli. 6. ad Timo. haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus, habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus, Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli & deſideria multa inutilia, & noxia, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem, radix omnium malorum eſt cupiditas quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis, melior etenim eſt pauper ſanus & fortis uiribus eccl. 30. quam diues imbecillis & flagellatus malitia ſalus animæ in ſanctitate iuſtitiæ & melior eſt omni auro & argento, & corpus ualidum quam cenſus immenſus, non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, & non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. Vnde Stoici tria potiſſimum à Dijs rogabant bonam mentis, bonam animi ualetudinem, tertio corporis. ex Iuuenali

Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano,
Fortem poſce animum mentis terrore carentem,

Qui ſpacium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ qui ferre queat quoſcunq; labores,

Antiquitus igitur Nicol. s. 1. d. 4. tr. 1. cap. 27. bonitatis regimine morte naturali moriebantur plus, incidebant'ue in morbos minus, in eorum ſanitate ſtantes, corpora habuere robuſtiora, ideo fortiora tolerabant pharmaca, hodie in morbos incidunt frequentius, unde nec debilia tolerant medicamina. E' Strabone itaq; uitæ frugalitate ac uini abſtinentia, aut morbi non eſſent, aut ſi qui eſſent facile curarentur, ſed maiorum noſtrorum mores oriens corrupit noſtros uero occidens, uulgus autem. 1. 1. mèthe. atq; oneroſiſſimi uoluptatem, quapropter et ipſi uitam adamant uoluptuoſam, uulgus igitur omnino ſeruile uidetur uitam pecorum diligendo, ſuſtentatur autem ob id quod pleriq; in poteſtatibus conſtituti inſtar Sardanapali uitam agunt. Abſtinentia etenim humorum conſumptis ſuperfluis nitore ſplendentium corpore pulcherrimo colorato, atq; habili reddito, cerebri ſpiritu candidiſſimo ſenſibili ac motiuo toti inſtillato corpori ſuos paſſim obſeruatores contra uitia & malos demones familiariter munit atq; tuetur, & quaſi templum Dei incontaminatum reddit animum mentemq; Deo coniungit, nihil etiam ad ſanitatem complexionisq; temperantiam melius. Neq; enim nutrimentum natura ualentius adſumendum, ſed quo potius natura ſit ualentior. Aſſerunt enim nonnulli Chriſtum ea meta cibum ſumpſiſſe, ne. 4. digeſtionis ſuperfluum gigneret. Plurimi quoq; cibi parcitate ſanitate ſimul & corporis agilitate gauiſi ſunt uſq; ad 40. dies ieiunantes, Moſes facie ſplendidus, Helias corpus ſuum uelut ſpiritum ad nutum facile ducens. Menſam ſacram atq; ſobriam ſeruant Pythagorici uitam temperantia protrahentes nullo ſuperantis humoris tumultu nobis illato ſingulis tum animi tum corporis motionibus moderatis perpetuam utriusq; ſanitatem ac etiam diuturnam uitam pollicentes ; ut brachmanes nullum collegio ſuo admitterent ni à uino carnibus, ac uitijs abſtineret, uelut inferiores Indos ex Philoſtrato docuit Phraortes. Qui autem an-

tiquitus tam longis annorum ſpacijs uiuebant ſobrij continentesue di=uino proueniebat miraculo, cuius beneplacito cuncta diſponuntur.

Homo homini uitam abbreuiat, ſemetipſum necat. & natos ultro breuisſimæ uitæ gignit. Cap. 14.



VEMADMODVM ab homine multa pa rantur homini commoda, ſic nulla eſt peſtis, quæ homini ab homine non naſcatur. Inuenere tamen homines (licet eccl. 31. cibus ſit cibo melior) ciba=ria inter uenena de euch. & cac. à Gal. computata, uelut Fungos, & reliqua, uidi enim inquit ille quoſdam deniq; quidem fungorum eſu mori paucorum uero ex eis uix ſaluari, cibus uenenoſus neoteri=corum ſenſu fungi, ex Marullo

Dum cauet aſtrologus perituri ſydera amicis

Dum ſibi boletos non cauet ipſe perijt.

Fungorum Dioſ. 6. alij genere, alij copia ledunt, omnes tamen ſtran=gulatus ſuſpendio ſimiles concitant, quibus confeſtim ſuccurrendum, & 4. continent neſcio quod ſtrigmentum concretamq; pituitam ter=raq; eruti q̃celerrime computreſcunt, atq; marcore uitiantur, largius tamen ſumpti etiam, qui ueneno imbuti non ſunt nocent & egrius concocti ſtrangulant aut choleram morbum citant egre diſſoluuntur cum magna ex parte integri ipſi cum recrementis alui reijciantur, ex Serap. occidunt, ex Gal. frigidi & humidi multum propter hoc prope medicinas mortiferas, ac de dieta humores prauos gignunt, uidi hominem, qui paſſus eſt ab eis anxietatem anhelitus coarctatio=nem ſudorem frigidum & ſyncopim, unde craſſos in uentriculo gi=gnunt humores colicam ſtranguriam & ſuffocationem, de ſimp. fa=cul. 7. proprie deliterioſam uirtutem attingunt, de cibis. 2. Fungorum phlegmaticum nutrimentum eſt palam frigidum & humidum, & ac=

cidit ex ipsis malus chimus spumosus frigidus & grossus suffocans, Terræ apostemata ex A. Almansoris 3. uiscosum generant flegma strangulant atq; occidunt.

Ficuum quoq; monstruosi fructus (cum sine flore sola fructum pariat, e cantico Abacbuc ficus enim non florebit, prauęq; proprietatis ex Neote. arbor sicut nux, arbores enim & olera mala complexionum sunt. 2. 1. d. 2. sum. 1. 5. nuces ficus caules eruca. Res quoq; quæ uomitus sunt præparatoriæ. 11. 4. 1. sunt eruca raffanus carica, cepe, porri, aqua ordei cum fece sua ac melle fabarum pultes uinum dulce, nuces cum melle ac similia, azimus panis, oleum melones, cucumeres eorumue semina ac radices. Cuius quoq; ligni uelut buxi ac similium ignis male olet, ac fetet. Viridium comestio potissimum, ex Solone plantas pedibus 5. à uicino ab esse ficum uero uel oleam 9. ab alijs uerum nutrimentum auferentes maiori radicum protensione ac quibusdam humorem noxium transmittentes. Primæ igitur ficus pessimę quod lacte refertæ uulgo Florones Venetijs bulle. ex Plutarchi probl. tumor excrescens tam aqua cum bullit q̃ urina cum spumam facit & euanescit repente, ex cornuto ebullire dicitur proprie expirare metaphora sumpta à bullis, quę aqua fiunt et cadentibus guttis rumpuntur: quo prouerbialiter apud Var. homo bulla est, quod. s. similis bullę uita hominis sit fluxa, et momento uelut flos caduca et sicut ficus has apostematibus, et abscessibus manifeste plenas corruptioni facile paratas. Ex Serap. auctore Dios. cacostomatice. De cibis. 2. Gal. paucum dant corpori nutrimentum, nec forte, sed spongiosam faciunt carnem, sicut faba, implent quoq; uentrem uentositate, & essent vtiq; satis grauantes, si non secederent uelociter: epati ac spleni flegmonantibus noxiæ, nec gignunt sanguinem ualde bonum è quo nascantur pediculi, neq; ex his genita caro fortis est et compacta, sicut quæ ex carnibus, sed laxa et rara, quo celeriter contrahitur cessante edulio: proportionaleq; uuarum quodam habent, quod utrorumq; fructuum semen penetrans est in-

transmutatum.

transmutatum? Alman. 3. ventrem inflant crassos ex dictis particularibus Isaac generant humores. Ex tribus itaq; composita substantijs caro nutrit parum, cortex vt cutis ad coquendum durissima, seminis naturæ arenæ vel lapidis nutrimentum nullum, propterea Marci. 9. Ficum cum esuryt maledixit Xp̄us sicce estuosæ de Fuch. & Caco. libro quoq; de passionibus damnatę quam plurimum, neq; Alman. 3. Multum nutriunt, Pruritum Gignunt & pediculos, quo. 2. ca. sanguis ex his genitus non est bonus, ex Dios. in colericos mutatur humores, si in ventriculo superflua inueniant dure fiunt ad digerendum & corrūpuntur, inflationem ventositatem ac sanguinem gignunt pessimum. Cepa lachrimosa ex collumella plantarum sola monstruosa contra Lunæ incrementa, & decrementa agendi se ac minuendi contrarias habens uires, non esu tantum Philosophi Probl. verumenim flatu humanis visibus inimica. Vnde à Grecis Cromyon quasi pupillam comprimi cogenes ac solo odore mouens lachrymas Ideo cepas iubeo comesse prouerbium pro eo quod est iubeo te flere, a Græcis quoque dicitur Cepas olfacere de his qui flent, ferunt & Alyatem Lydiæ regem olim misisse nuntium ad Biantem Philosophum vnum ex. 7. sapientibus, ut ad se celeriter veniret, Qui dixit iubeo Alyatti cepas comedere, quod symbolicos signat illi plorandum esse. Corpori preterea de Vict. rat. 2. Calida estuosa nutriens parum colericis quamplurimum nocet, sitim adducit, & inflationem, acumine caput ledit & cerebrum, somnia efficit terribilia Lethargiem, Maniam quandoq; & insaniam, uerius ex Dios. neruis aduersatur, & paucum dat. 7. simpl. facul. corpori nutrimentum. Nam de Euch. & Cac. radices oleralium Cacochimæ acres sicut ceparum porrorum alleorum Raphanidarum pastinacharum. Lactuca frigidissima corpus imbecille reddens aut aliquatenus debilitans, caput replens, unde somnos facere assueta, crasum lentum'ue humorem, & vt aiunt Palustrem gignens, cuius esus assiduus ex Prin. 2. Visum debilitat, incrasat enim spiritus ac uisum obtenebrat, atq; intestinis ex

Ruffo noxius. Ex quibus patet de simplicium medicamentorum facultatibus cap. 22. Quecunque frigiditate interimunt, si paucula sumuntur nutrire corpus posse, velut lactuce suecum, succius eius ibidem cap. 17. si integer ad cor pergere properaret, non secus atq; cicuta hominem interficeret, et est quale lactucis accidit quippe quę moderato esu hominem nutriant. At si quispiam expressum earum succum largiter hauserit, non secus profecto morietur, quam qui aut cicutam, aut papauer sumpserit sic lactuca si cor, refrigerauerit interimit. Brassica biliosa Turbidum gignens sanguinem Atrum horribilis'ue odoris sicut extra demonstrat ac male olet manifesto domus meæ Experimento quotidiano sempiterno fere eorum qui sub ipsa habitant esu, vt suprema a clarissimis de supra Procuratoribus affici gratia crediderim, si domum illam longeuę gratia vitæ mihi ipsi inhabitandam concesserint, substantia crassa & dura ad coquendum, propterea. 13. 3. tr. 2. cap. 11. Vomitum commouet, oculorum ex Dios, caliginem efficit inflat & dolorosum reddit corpus. Cuius nutrimentum paruum est, & sanguis prauus, vt eius quoq; seminis decocti, licet propria putrefactione Vermes erucas gignat, odorem effugerint serpentes, Ideo ad enecandos puerorum vermos exhibiti, ea propter ex Serap. Gal. auctore a complexione hominis remota Mali cibi itaq; ex Gal. sunt sicut caulis, & similes ei ex herbis frigidis & aridis.

Rapa vitam rapiens estuosa inflatiua, difficulter coquitur obstruit perturbat non mouet, à Demo. tanquam corpori cõtraria damnata, & ex Gal. de cib. Chimũ reddit in corpore crassiorem atq; mensurato crudirẽ.

Napũ huius instar, talisq; affinitatis ex emiliano vt intra biennum alterũ transmutetur in alterũ ex Serap. Hac ipsa minus nutrit inflat et reliqua.

Alium quasi aliud quàm ipsum edendum noxium uisui quem conturbat oculorum tunicas & adurit humores quodq; corporis dolorem excitat & commouet ventositates gignit & vomitum, renibus auribus pulmoni noxium ac capiti.

Nasturcium alman. 3. inflammat, capitis dolorem efficit digestiuam retardat, ui caloris genitale semen consumit, ac abortum facit partus enecat, cuius suffumigium serpentes fugat uentrem turbat stimulat ex Dios. cacostomaticum, calore & siccitate aduritu elut Simpl. fa. 7. cui per omnia assimilatur

Sinapis arida in. 4. Vlcerat, sitim adducit cuius Fumum ex Auic. Fugiunt venenosi vermes, prauos gignens succos, grani parui Augustini sermone quodam uilis despecti, non saporem præstantis non odorem circunferentis, non indicantis suauitatem tanta nihilominus acrimonia prosiliens, ut lachrimas ciat, ex Plauti Pseudolo teritur scelerata sinapis.

Porri oculorũ aciem hebetant, extra, appliciti ulcerant, inflationem gignunt, uẽtriculum grauant, sitim prouocant, sanguinemq; accendunt, dentes destruunt ex iudeo ac gingiuas ue ssice et renibus nocẽt, sicut bulbi uulgo Ascalonia quam stultæ mulieres pro necandis uermibus, et maluaticum uinum abbominosumq; cum oleo Lixiuium pueris tradunt, ex Gal. contrariyssimum penitiosissimum ac uenenum manifestum, atq;.

Eruca ex serap. quasi urtica ignitę uirtutis inflat capitis dolorem infert ex Gal. de cibis uiscositatem gignit.

Siluestria ex Serap. cuncta Agrestia, Acriora domesticis calida in fine graduum calefacientia ob hoc stomaco mala ulcerant.

Poma quæquæ latinę mala ab Alex. Græco tantum laudata, ex Rabi Moses odore licet cor corroborent ac cerebrum iuuent Ptisicos & Melancolicos, Quoniam autem multa omnibus pomis insertur humiditas, palam eo quod nullus eorum, succus perdurat acescit, & corrumpitur, omnis ideo malorum omnium commestio mala, & peior est omnium commestione fructuum ventositatem efficit quam gignit 2. ac 3. Digestione vt sapientum sit dictum in lacertis huiusmodi ventositates non facile dissolubiles arterias inflare & venas ptisim generare & ethicam.

Vua plurima Dios. s. vuæ recentes aluum turbant & stomacum

inflant, vesicam tentant, & caput, neq; fortis & compacta ex eis cato gignitur sicut quę ex carnibus sed laxa & rara, minus autem ficubus vuæ nutriunt, licet plus cæteris horarijs, ostendunt vinearum custodes qui duobus mensibus impinguantur, neq; digeruntur bene, & secundum eam quæ ad ventrem, & epar distributionem crudum gignunt Chimum non facile in sanguinem vertibilem. Innocentiores quæ decerptæ diu pependere Ideo quod in eis copia humoris exiccatur.

Sunt qui ab arboribus fructus Paulominus omnes cacochimi, ideo non à natura primo intenti. 11. Animal Philosophi & plantarum Hist. Theoph. sed propter semen facti. Nihil apud Pythagoram in hortis inculpatum. Aliorum, uero Horarij quidem uocati fructus cacochimi omnes sunt, neque est aliquid. 13. 3. 16. Tr. 1. ita vaporosum, ut fructus.

Pomis uero Piris, & Mespilis non ut cibis ex Gal. supra, sed ut Pharmacis indigemus.

Mespila simp. facul. 7. Vix esibilis frigida siccaue qualitate humane vitæ contraria.

Sorbe alimentum dant Mespillo debilius, ideo Alim. 2. Talium omnium parum commedere conuenit.

Pyra cibo non conueniunt, frigida & sicca uitæ contraria crassa dura, ad esum mala aspera uermes gignunt colicam prauam & incurabilem adducentia. Nec facile. 1. 4. In sanguinem conuertibilia immo in chimum frigidum malum uelut cucumeres citruli ac similia, qui à natura repellitur, & hunc sponte effugiat, & calor innatus abhorreat eique succedit, extraneus.

Ceresa ex Serap. iuuamentum quod inferunt stomacho paucum est, uiridia præterea uentriculo ex Dios. Contraria, quo dulcia uentriculo aduersari pronuntiat Gal. Et cum facile putrescant uermes recollecta triduo putredine sua gignant, deteriorem efficerent chimum Nisi citius per intestina deflucrent.

Persica Ras. 3. difficulter descendunt, ac in sanguinem durius

conuertuntur, Pituitosas, & ex Gal. Malas ad sanandum'ue difficiles gignunt febres sui qualitate, uelut lac recens mulctum ac Melones. 13. 3. Tr. 3. cap. 2. atque de cibariis. 2. Velocius corruptionem suscipiunt.

Chrisomela facile corruptibilia, inflant uentriculum, & labefactant innato extincto calore, consequenter febres efficiunt, crassos gignunt humores a Cypriis mazafranco, aut potius maza Græci crisomula dicenda.

Nuces quod satis noceant, ex Ouidio quoniam sata ledere credor, uel sicut nux Aerem ita nux suo succo atrum reddat corpus, seu quod linguæ primo uocis organo noceant quam mordent eiusq; ex Auer. Paralisim efficunt, & raucedinem adducunt immo ex Rabi uerba retinent, Ideo negandæ pueris. Quarum arboris umbra, uel filiorum stillicidia uicinis dormientibus'ue nocet quam plurimum. Quocirca lectum mensas, uel quodcunque uas de genere talis ligni ex subfig. Emp. fugimus. nocent autem Appetitiue uirtuti ac digestiue qualitatibus fortia sicut cipressus, egirus, buxus, & nux, cacostomaticæ ex Dios. Indigestibiles. Naucam prouocant bilim nutriunt, oculos turbant uertiginem, & capitis dolorem gignunt, à Græcis carion a graeuedine, capitis diuersosque pariunt morbos, ac tussientibus Noxiæ unctuositate sua corporis meatus obstruentes. Vulgari uersu.

Prodest prima, secunda nocet, nux tertia mors est.

Castaneæ crudę, aut dulci præbullitæ aqua, uel assatæ a Gal. quidem de Euch. et Cac. laudabiliores fructuum si a Robustiori recte decoquerentur uentriculo uentris quidem manifestas inflationes, & Fumo in his incluso ex Isaac capitis dolorem efficiunt.

Dactili palmæ fructus calido temperamento acepati noxii, deteriores magni, & dulciores flatuosi, oris stomaci capitisque dolorem præbent, ac tumores Hemorroidasque creant, lienem uesicam renes heparue, placidi saporis desiderio plurimo quam consumi possit assumpto attractoque humore superfluo nec concocto, & euacuato

claudunt, & obſtruunt, ad coquendum difficiles neque leuiter a ſtomaco recedentes, diu ſecum morantes, tortiones uentriſque rugitus & ſanguinem craſſum gignunt, appetitum diminuunt, uentriculi uacuitate repleta ocius putredinem adducunt, & corruptionem ſua dulcidine uiſcoſitati admixta ſuperabundanti diſſoluto calore neque penitus conſumpto, leſiones inducunt quamplurimas putredini appropinquantes intermittentes febres bilioſa facilius inflammatione concitata & aucta commouent, & ſuſcitant, implent dactili recentes & crudis humoribus atque rigoribus difficulter calefactibilibus uelut ficus, & ea proportione qua ad ſiccas ſicci. Immo neque fructibus contenti arbores ipſas deſinunt Romæ acetario Principes uorare non deſiniunt.

Oliuæ nondum bone maturę arte quadam a Fœminis confectæ duræ nimi'ſue ad coquendum difficiles ac alijs nutrientes minus. Nigræ & maturę uentriculum molliunt coquuntur durius unctuoſitate ſupernatant ſtomaco ad coctionis digeſtionis'ue ſedem nec deſcendentes in humorum, ideo corruptionem ocius uertibiles, oculis inconueniunt ac ad eſum cæteris ſunt illaudabiliores. Neque humor cum ater ſit ex oliuis genitus laudatur & paucum omnino. 2. de cib. dant corpori alimentum maturæ præſertim.

Iuiubę deniq; e ziziphe latine, Gręce ſerice quantitate magna edi ceptæ a Gal. de Alim. Facul. quamplurimum damnate ſolum appetitę ab inſolentibus & effrenatis pueris ac mulieribus. Et quibus ſummus Philoſophus & Medicus ęuo noſtro præclariſſimus Hier. eugubinus è menſa nunquam ſaciatus receſſerit. Nam imbecilliſſimæ ſunt paucius alimenti, & difficillime concoquuntur cumque hoc ſtomaco inutiles ſunt, & ingenue fatetur ſe non habere aliquid de ipſis teſtificari ad ſanitatis conſeruationem aut morborum curationem, damnantur prętereа ab Orib. Pau. & Aeti. unde alias mihi fuere ſuſpecti ſyrupi ac potiones quæ ſyricas reciperent.

Mora nigra Maij ac Iunij menſe arborum poſtrema germinante ideo ſapientiſſima, ad uermiculos ſetificantes paſcendum ſolum nata,

imbecillis alimenti consimilis Peponibus ex Scrap. sed ex Prin. fi- cui cu'us disspositiones omnes, habet, deterrioris minoris ac siccioris, sanguinem amplius destruentis, quę stomaco aduersari, & ex archi- gene ab eo tardius concoqui, & capiti ex Neot. ac facile corrum- pi, Dios. & Gal. dicunt uenenosorum habitaculum animalium sub qua dormire homini nec tutum.

Gal. Alim. 2. optat uel melius esse opinatur quod nunquam ad suę gentis homines ex locis in quibus nascitur Xilocharacta, fre- quentissimi apud nos usus etiam Pueris ac effrenatis notissima, & grata quamplurimum, deferretur, de siliquis inquit pessime sensi cum noxios nutriant humores paucique, de chimis, sint nutrimenti, ex ne- cessitate lignei atque indigestibilis. Nullum enim ligneum bene dige- stibile, sed et non egeri celeriter non parum ipsis existit malum ni- hilue ad sanitatis conseruationem utile habet, neque Eustomatica exi- stit, recens enim ex Dios. stomacum euertit.

Propterea dicit Gal. Patrem habui mihi semper pręcipientem, ne recentium fructuum aliquid comederem vita longeua, quo ab om- ni prauo morbo se permansisse incolumen, illo mortuo quasi a vin- culo solutus, fructuum recentium quantum uolui edisse, unde à cro- nicis febribus aliis'ue prauissimis morbis correptus, postea scientia sa- nitatis conseruandæ percepta a fructibus præcauens a sola ephemera, cum multum languentium uisitatione laborarem fui correptus, omnes- que amici mei mihi credentes recentium continentia fructuum in sua permansere sanitate. Vnde Ras. 4. Melius tamen in conseruan- da sanitate iudicatur, Vt omnes recentes fructus dimittantur, uel par- ua ex eis summatur quantitas, uiridia enim omnia tam fructus quam olera etiam potentia calida flatus excitant, qui uentriculum perturbant & ledunt. Citrulli, Melones, & Melopepones olerum'ue nullum quidem (si lactuca, cicorium, ultimæ sint cacochimarum, neque buglos- sa, atquemedicinalis virtutis. Lupulus à lupo rapaci graui homi- nis hoste.

Ozimum'ue uulgo basilicon ab odore regibus in primis probatum, ex Dios. Authore crisippo egre in stomaco mutatum, Gal. Simp. Med. facul. nec digeritur immo digestioni efficit, oculos ebetat insaniam facit, iecur ledit, tritum lapide contectum scorpiones gignit, soli masticatum appositum vermes creat, & pediculos enutrit, Afri etiam putant hoc esse persuasum, quod si quis eo die quo ozimum sumpserit a scorpione feriatur non posse saluari, & ex Serap. cibarium est nimiam gignens choleram, in quam ex Ruffo velocius conuertitur ac ventum, propterea ex Gal. de ciba. pessimi quidem chimi est indigestibile stomacho malum, et cacochimum, Vnde 8. de Simp. fac. humidum superfluum existit nec vtile intra corpus assumptum. dolorem capitis Alman. 3. efficit (visum turbat) ac male nutrit, nec Euchimum; cibaria Mortalium quorumcunque usitatissima Alimenti ratione non bona sed absolute mala, dictu incredibile Venetijs.

Peponum esus odore non ingrato sapore autem iucundissimo anno singulo. 35. Aureorum millibus uenditur, unde Medicorum adagium. Tria illos ditissimos efficisse. Clodiam è qua fructus uelut Pepones in choleram rubeam uertibiles, putridum terrę Humorem aliena qualitate coloratum, uitia omnia habentem, uentosabilem, ualde noxium uentriculo spleni intestinis Pulmoni humores non solum Putridos, sed uenenosos fluxosque facientem ad febres pestilentes abscessus dolores, & intestinorum difficultates paratissimum, noxas omnes Horarij fructus tanto ampliores habet quanto eius magnitudo eximia stipitis ac radicis paruitate habita ratione terrę semper proximum ac super eam perpetuo iacentem, ab omni aeris qualitate facile permutabilem atque uelocissime augumentabilem succi multitudine causæ'ue concoquentis paruitate omnibus aliis fructibus Prauiorem atque ex Serap. cucumere ocius corrupptibiliorem nulli potui recte sociabilem, cum vino pessimos producit humores uesicę maxime obest iecori renibus, & apostemata gignit, cum aqua intestionorum leuitates celiacum

tates celiacum morbum diarias, & appetitus deiectionem ſubito opera-tur, ab humano uſu principum etiam decreto explodendum perni-tioſiſsimam luem, qua quotannis multa hominum millia pereunt, fungus enim ex Gal. Tubera ſicut caro bouina. 13. 3. tr. 3. cap. 2. tardius rectificationem ſuſcipientium, boleti melongena, ac ſimilia ſuauiſsimi odoris gratioſiſsimi'ue ſaporis exitiales cibi ſunt ac uenena, uua aſportantur, & olera. Diui Marci campanaria turris Hip. 3. 6. Auſtrini flatus grauant auditum caliginoſi caput grauantes pigri diſſoluentes, ac. 17. Auſtrinæ uero corpora diſſoluunt, & hu-mectant, & capitis & auditus grauitates faciunt, & vertigines in ocu-lis, & corpore difficilem motum, & uentres humectant. Tertium cimbulæ vulgo gondole, quibus exerceri in tempore non valemus, atq; his tribus Franciſcus Mollinus Patritius Venetus annorum. 103. currenti tempore. 1535. Conſiliarius anno. 100. Ob finitum ſeculum à ſenatu creatus, Quem vniuerſi orbis legati videre & ad-mirantes agnoſcere rogabant, caruiſſe profitebatur. Anguria bate-cha ex Serap. Authore Raſi frigidior alijs melonum ſpeciebus a ven-triculo immutatur tardius groſſitie a conuerſione longinqua. ſicut Cucumeres ſubſtantia craſſa dura digeſtioni prauum gignentes uelut Pyra ſupra, chimum corruptioni paratum, & pepones ex Rabi Moſes, ſi non ocius digerantur uel ſeccedant venena mortifera, atque Citrulli his frigidiores, ac grauiores ſubſtantia dura digeſtioni lenta & craſſa ex Serap. Authore Gal. chimum malum corruptioni pa-ratum gignentes ac febres cronicas prauas neque lotium cient, atque ſtomacho præfatis magis noxij. Melongena atrum gignit ſuccum he par obſtruit ac ſplenem capitis efficit dolorem ac Hemorroidas ex ci-barijs à Rabi peiores.

Cappares dein olerum ſoli, qui nulla hominum cura Philoſophi probl. miteſcere queant ruſtici, atque ſylueſtres ex Dioſ. corui ma-lum aut cor lupi cultisque uiuere nolentes, cultus enim dum hos me-lioribus inſtituere moribus contendit deprauat, atque peruertit, quippe

cum à sua natura desciscere nequeant ex corruptione orti cultis nesciunt hospitari inculta persequuntur, & auia, & maxime mortuorum sepulchris adhærent, aliorum corruptione uelut pediculi corrupto alimento, uel corporis labe terræ excremento prodeunt, qui de cib. 2. cum partium sint subtiliu n sufficienter propter hoc nutrimentum minime tribuunt in corpus assumptum, faciunt in ore bothor usque ad terminum quo vesicetur ex Auic. Gingiuarum abscesus efficiunt ex Dios. cacomastici sitim adducunt alman. 3. & corpus macie afficiunt, ex Serap. Authore Rasi attulit mihi quidam amicus Medicus confectionem quandam capparorum recentium cum edissem ex ea sthenasmonem adduxit. Triticum coctum antiquum ad coquendum durum nimis nutriens parum humido substantiali eius minimo viscoso obstructiuo inflatiuo ventositatis ac ventris rugitus gignitiuum, nouum autem alit parum, humores gignit et commouet in putredinemque conuertitur ocius, Ideo uermes cito generat & lumbricos.

Panicum uelut Millium parum nutrit sanguinem gignit prauum stomacum infrigidat & exiccat. Faba vapore caput replens recens præsertim flatuosa quam plurimum ac omni alio cibario magis nutriens parum crassos gignit succos ac crudos & superioris uentris inflationem vnde nocet multum stomacho splenem obstruit uentrem stringit intestinorum dolorem sanguinemq; crassum efficit & melancholicum crassum'ue fumum cerebrum ledentem quo somnia uana fiunt corrupta, & terribilia, & ex Rabi corrumpit mentem, cuius uentositas neque assatura ex Auer. s. col, auferri ualet, et difficulter coquitur ideo uix digestibilis, immo ex Dios. nec digeritur, & superfluitates non secundum intestina tantum, sed secundum totum habitum gignit. Faseoli ex Serap. uentositates gignunt multas pituitosos crassos'ue chimos inflant suntq; cacostomatici digestioni graues cum aceto siccitate grauiores, ex Auer. praua adducunt somnia, & uertiginem efficiunt. Cardus quoque maior artichiochus uulgo manus inficit adeo ut nec nigra unguium tinctura possit detergi longa manuum

collutione atrum itaque intestinorum, ac prauum adducit affectum omniumq; locorum, et sequela turbidum ac atrum sanguinem gignit. Cariota ac similia. immo Borago a recentioribus quam plurimis decantata laudibus non placet ex Montagnana, quia planta multum uentosa bilis et uentositiua ostenditur eructuationum multitudine, quas efficit, et licet ponatur temperata, quia buglosse temperate species de ea parum nihilominus ab Auctoribus scribitur, et plura de ea creduntur, quam ratione, et authoritate uerificari possint. Vt saluia cum abortum faciat serpentum ac buforum habitaculum quam diligunt, mihi quoque suspecta sit, atque ex paulo ex ea sub fimo putrefacta gignatur auis caudam habens serpentinam. Fructuum'ue omnium etiam quibus non sthenasmon tantum febres infinitique morbi mali, uerumenimuero & corruptibiles si reliqua corrumpantur ex Phi. Pag. 219. cibaria gignuntur humores, Recentium præsertim quoniam 3. 1. cap. 7. omnis res quæ sanguinem aquositate replet ebulliente in corpore, uelut fructuum succus extra, omnibus etenim succis accidit de simp. medicina 3. ut accescant putrefiant & corrumpantur, preter oleum & mel & vinum, quæ longo morantur tempore, ideo ad aliorum conseruationem succorum admiscemus ex his aliquem: & licet ea hora iuuamentum prestet tamen ad putredinem parat similiter quod sanguine replet crudo, sicut cucumer & similia, licet quandoq; conferat, quo qui his nutrientur febribus fient aptissimi, licet prius infrigidentur, cum enim in sanguine flegma existit crudum, aut aquositas prohibent ne cibi nutrimentum corpori adhereat. Aquosi itaque sanguinem putrere faciunt, viscosa & crassa foramina claudunt cholerica sanguinem adurunt & acuunt, si itaq; alijs regantur, & non istis erit melius, nam omne. 13. 3. tr. cap. 15. Quod feruet in stomaco ex fructibus et malis dulcibus conturbat oportet, igitur loco supra vt sanitatis conseruator studeat, ne cibi ipsius substantia sit aliquod nutrientium medicinalium sicut olera, & fructus, & reliqua ab ipsis, subtilia. n. sanguinem adurunt, crossa pituitosum

efficiunt, & corpus incrassant, cibus itaq; sit quales hedorum et uitulorum carnes triticum, & uinum bonum, alia ab his ni medicationis, uel prẹseruationis modo non respiciat. Olerum quoniam qui ex eis. 4. 1. cap 1. Multum comedit ex quantitate nutrientis multum recipit absque qualitate, cum pauci sint nutrimenti, oportet ex omnibus oleribus paucissimum, & cachochimum generari sanguinem. Maluæ enim caules bletæ. 8. med. meth. & lactucæ olera uniuersa, & poma cibaria in eis quẹdam substantia nutriens, sed sicut in his paucum quidem quod nutrit non paucum uero quod inutile. atq; leguminum esus cicera lentes atrum gignentes sanguinem, ac similia substantia crassa, frigida atq; sicca ad digerendum dura, & compacta, & ad coquendum difficilia, ut nec puteali ualeant decoqui aqua, cibarium rude, & crassum inflatiuum, uentosum, quorum cortices ferè indigestibiles existunt, & quorum substantia in prauam uertitur humiditatem Phil. 4. cap. 27. malos putridos, & corruptibiles gignentium humores uentosos crudos, seu indigestos, & aquosos putrefactioniq; obnoxios succos uiscosos et crassos pituitam'ue, seu uitam petentem senectam accelerantem, et mortem obstruentem, neq; membris calorem uigere permittentem, quapropter de elementis. 1. inquit Gal. & mirum est apud me si existimas frumentum hordeum ficus glandes et unumquodq; eorum reliquorum granorum, et fructuum non prouenire à terra et aqua, cum tu uideas uisibiliter generationem eorum fieri ex eis, et tu quidem inuenis quando permisces terram cum aqua non prouenit ab eis, nisi lutum, unumquodq; autem fructuum et granorum non est lutum, et non est diuersum à luto, nisi quoniam tegit ipsum aliquid ex igne & aere permixtis toti substantię eius. et eo maxime Syluestrium columborum prẹdura admodum caro columbinorum corpora tardę digestionis sunt, et 13. 3. 33. tr. 1. longę in stomaco moræ. ac Conchilium mussulorum sipoticorum, dactilorum, pantalenæ, capparum, tellinę, ostreorum, paparecearũ, diuersorum'ue, adeo generum, quæ è manifesta oriuntur putredine ac

sorditie exanguia itaq; . De simp. facul. 11. ostraca uniuersa aquatilium non pauca genera. Piscium et fungorum iliacam proprie adducentium passionem , pisces enim omnes in genere frigidi sunt , ac humidi flegma gignunt aquosum neruos mollificant , nec conueniunt , nisi stomaco ualde calido , et quia subito feré ab aqua extracti fetent facile humores putrescentes , ac corruptibiles pariunt. Quin et Syrij diu seruarunt , ut abstinerent à piscibus quod cum alij plures scripserunt tum Porphirius de abstinendo ab animantibus ad Constantinum Imperatorem. Propterea post Indos montanas regiones schotiophages tenentes subactos Alex. Magnus dum autem sic alerentur in reliquo abstinere iussit à piscibus. Ranarum facilem efficientium dentium et tradicationem corpus apostemantium plumbeum adducentium colorem atque usque ad mortem semen. Testudinis marinæ præsertim uisu horribilis. Preterea Lampredæ colubræ sororis aut penitus similis , ac Coclearum uulgo Limaciarum à quibusdam assumptæ libentius uisu tantum nauseam & promonentia abbominationem horribilia aspectu odiosa , ac fastidium adducentia uentrem laxant ex Dios. & prouocant uomitum, atq; Anguillarum ex angue diminutiuum à iuuenali cognata colubree cibarium de euch. & cach. omnino non euchimum etiam si ex aqua fuerit munda quocunq; damnatum tempore , duræ nanq; digestionis sunt humorem uiscosum gignunt ex philosopho hist. 8. quas uulgus serpentum coitu impleri putat, ex Oppia. Macro. Plin. 32. et de duplici natura Archelao uenenũ presentaneum. Lac autem promiscue ac tempore eodem sed qualitatis diuersæ assumptũ facile alterabile ac corruptibile in fumum, seu uentum putridum'ue chimum facilius conuertibile, si stomacho cui. 13. 3. tr. 1. 36. nocet concludatur , seu gignatur aer hippocundria'ue subrugiant. 65. 5. Lac dare caput dolentibus malum Gale. com. Quia in uentositatem mutatur, ne uentriculo coaguletur zucaro ; Melle aut & sale coctum salubre. Omne tamen lac ex Dios. lieni hepati , sode. Epilepsie, scotomiæ neruorum morbis ac febribus inutile, atq; ex rabi dentes putrefacit multos gignit morbos,

prauos nutrit ſuccos & lumbricos, Humores corrumpit bonos, ueſicę & renum conſeruat calculos, & putrefacitur calorem naturalem debilitat, Innaturalem ac febrilem inflammat, gingiuas inficit & dentes, prauas puſtulas & paruulorum creat ſcabim, ructus efficit, renes lienem ac hepar obſtruit, ſtomacum grauat lubricitate (cibaria ante coctionem) unde lienteria fit, expulit. Neque poſt lactis potum a nimio labore cauent atque motu, quo huius ventoſitas in fumum ſubito noxium reſoluitur, cuius craſſiori parte indigeſta multiplex gignitur corruptio, Aeriſq; tactu corrumpi & permittunt immutari, vt corruptum vel plus debito ſumptum, aut ælio tempore quam expediat potatum, velut fit Venetÿs ſemper a paſcha uſque ad Penthecoſten nulla habita temporis prioris poſterioris'ue conſideratione, & ea copia, vt viginti millium aureorum annis ſingulis vltro emant mortem, ab excellentiſſimo ſublimi'ue ſenatu vendi publico decreto præter ſtata tempora prohibendum. Caſeus frigida ſicca'ue temperie, vitę oppoſita duræ digeſtionis tardius è uentriculo exiens ſibi grauis hepati ſpleni, & renibus quorum calculum gignit. Recens nec ſalitus facile a ſtomaco calido in fumum reſoluitur à frigido conuertitur in acetoſitatem, Salitus uentriculum mordet et incendit ſanguinem, Vetus virtutis contrariæ ex Serap. recenti Alimentum gignit craſſum ſed bilioſum, ſapor indicat & odor ac de uentriculo durius exit, lactis aquoſitate ablata coaguli acumine ac ſicco prædominante, vt bifariam corpori noceat craſſitie alimenti ſuperfluitatem incraſſante et corrumpente coaguli'ue acumine omnibus alÿs iuuantibus repugnante, ac illa tranſmutante in peius, ut craſſos corporis humores calidos, & incenſos coaceruans in lapides conuertat, nullum affert iuuamen neque incrementum digeſtioni inobediens nec bonum gignit ſanguinem nec uentrem humectat neq; urinam ciet, Humiditatem uerum enim inuentam conſtringit & deſiccat, corporique quamplurimum nocet, nam ſtomaci ac uenarum meatus obſtruit groſſitie ac butyroſitate cibum'ue ad inteſtina deſcendere non permittit, Vt demum propter

aliud, nec factum sit, nisi propter artis lignariæ, gluten. Mel ex Gal. de tab. tr. 3. cap. 4. iuuenibus pueris ac uiris quibus calor abundat cibus inutilis ac noxius uentosum inflatiuum rugitus uentris gegnitiuum prauos in humores conuertibile facile splenis atq; hepatis sua uiscositate obstructiuum coleræ inflammatiuum Cronicæ febris adductiuum iliacis ac colericis noxium, Mel est dulcius omni re de simp. facul. 4. & in corpore generat humorem omnibus amariorem proprie in iuuentute complexionibus ualde calidis permutatione, & conuersione sua ad choleram. Calidum uirtute omne mel de euch. & cach. 9. & in choleram conuerti promptum in corporibus calidis commune omni est. Coturnices elleboro. Turdi Iusquiamo Auicule in Cypro scamonio homini ueneno, alys'ue animantibus, saciatæ, simp. facul. 1. ab antiquioribus prohibitæ ex Solino cap. 16. cibos gratissimos habentes semina uenenorum quam ob causam eas damnauere prudentium mensæ, nam solum primum animal præter hominem morbum patitur comitialem. Mergos taceo quos comedunt aeri ut putrefiant diebus pluribus expositos, sicut Catos, seu musipulos fulicas. Puglianas solos serpentes mures, ac lacertas uorantes. Cornices porcos ac agnos, Anseres'ue instentaneum uenenum, propterea de alim. cibus, qui difficile dissoluitur, ut est omnis cibus crossus, sicut cibus carnis porcinæ cito adducit repletionis morbum, Ideo de temp. 6. 2. si permutatio cibi in choleram non est nisi ab ipsa caliditate, quę est in stomacho & superfluitate igneitatis eius tunc huiusmodi habens stomacum digerit panem azimum, & carnem porcinam, et bouinam secundum quod oportet plusquam digerat pisces petrinos. Infinita'ue huiusmodi homini noxia quamplurima uenenum ac mors. Abstinendum igitur est à cachochimis De euch. et cach. 11. nisi aliquando laborantes hora æstatis egeant sanare siccitatem & caliditatem totius corporis idonea enim illo tempore sunt poma pruna ceresa præassumpta de citrullo autem, & mellone non multum offerentem Auuerestum laudet cibum interdiu legem & facilem ueterum more sumentem. De mello

re pepone, & præcochijs, aut persicis, & de his quę præparantur per lac ficus & cucurbita. Cibos pręterea sui natura crassos uiscosos uix in naturalem humorem ac spiritum ad uitam idoneum permutabiles difficile'ue usq; ad digestionem. 3. perducibiles densitate meatus obstruentes suffocationi occasionem dantes calorem naturalem (uelut fumus densior flammam comprimit) protinus extinguentes uentosos, & 3. 1. do. 5. cap. 1. inflatiuos faseolos lentes melancholicis noxias vinum crassum & dulce legumina pisa, oriza, triticum, napus, mustum, ceresa etiam exiccata similia'ue. Ideo C. Plin. Cecilius Plin. Frigidos dein cucurbitam portulacam acetum acerba'ue omnia ac talia natiuum remittentes ac calorem debilitantes, auunculum laudat cibum interdiu leuem et facilem ueterum more sumētem. Facileq; in fumos conuertibiles, ouorum uitella frixa atq;. 13. 3. 17. tr. 1. raphanus supra ac infra spirare faciens: cepe, dulcia, dulce enim nutriens. 3. 1. cap. 7. rapit natura antequam maturescat & digerat obstruit ocius sanguinemq; corrumpit, panem biscoctum, uel biscotillos fortitudinem cadere calorem corrumpi, & naturam exiccari facientes, cialdones, seu stortos, lentes, caseum salitum, antiquiores pisces salsos exiccatos, carnem bouinam, leporinam, ceruinam, ueterem effumatam, caules allia piper, nasturtium, sinapim, uinum forte, ardentem, seu uitis aquam stomacho inquam concoqui, nec possibiles perfecte à naturali calore bono temperato quin magna eorum portio in vaporem conuertatur & uentum, quid igitur fiet calore modico & inequali. Cibaria dein acuta mordicantia'ue piper dissoluit desiccat & esurit, tandem lepram adducit & huiusmodi, eruca sal, ac prædictorum quędam & reliqua ualde acuta cerebrum ledunt, grauatur imaginatio, memoria amittitur, & sermo, mordicant ulcerant sui'ue qualitate corrodentia stomachum & excoriant qualitatem malam acutam, ac pungentem humoribus adducentia instabilem succum spiritumq; volatilem dissolutioni'ue subiectum gignentia. Ouum deniq; sorbile euchimum cibarium quibuscunq; pręeminens, et vt in

sanguinem

ſanguinem conuertatur facillimum ex Auer. quantum ponderat tan-tum ſanguinis gignens peruerſo hominum more aſsatur, ſeu coquitur ſartagine craſſum ad coquendum, ac elixo durius minusq; ſanum, ſi ſub teſta fumoſitates remaneant ſigno uitelli liuore, Ideo aqua cum teſta quam ſine illa coctum ſanum minus, ac ſub cineribus aſſatum peius quam ſuper carbones diſcopertum, ac mundum intus factum fumoſi-tate reſudando emiſſa, quæ euaporare non permittitur, unde uentoſi-tatem gignit, inflatur ſtomaci ac uentris adducens grauedinem deſiccat & a uentriculo difficulter exit uenasque penetrat tardius. Frixum cę-teris peius diu morans ſtomacho ocius in fumoſitatem, & corruptio-nem mutabile cibaria in uentriculo reperta facile corrumpens ſtoma-ci grauedinem generans faſtidium ocius, ac facilius efficit, Immo il-lud ipſum in ueneni naturam conuertunt. Putridum atque corru-ptum hominum auaritia pro recenti uenditur nauſeæ ac uomitus pro-uocatiuum, & tandem facile, ſicut quæ à ſacerdotibus Paſchę feſto benedicuntur mortem adducunt, uerumenim licet ſtomachus 13. 3. 16. tract. 1. Sit ſecundum ſaniorem diſpoſitionem a cibarijs ta-men quæ neceſsario faciunt digeſtionis malitiam, male afficitur.

Aqua pluuia ſtataria ex Hipp. de morbis intra à nobis vſi-tatiora, atq; à Medicis quibuſcunque ferme laudata pulmonis ie-coris ventriculi lienis hyderos ſpecies quaſcunque gignunt, mul-tam quoque aquam bibere frigidam. 3. 1. cap. 8. eſt malum ieiunoq; ventre, vehementer impediens, & poſt cibum cap. 7. in-ter hunc & ſtomaci corpus ſeparationem efficiens, natans frigi-daq; diſt. 4. cap. 1. calidam quoq; temperiem debilitat, neq; vbi humor crudus fuerit & craſſus. 2. 1. do. 2. ſu. 1. cap. 3. dari conuenit. Pluuialis ex Dioſ. melior vernalis, & hiemalis au-tunnali, & ęſtiuali vocem impedit & pectus, Brancos tuſſim, & ca-pitis grauedinem efficit, ac facile citiſſimeq; omnium, ex Gal. putre-fit. Quia ex varijs terræ plutę congregata vaporibus, Putealis ſcaturario eo quod non fluat minus digeratur nec mingatur, bene quod frigida, dete-

rior. Paludum neque currentium pessima ventriculo vesicę ac lieni noxia pleuroses, tusses faciunt, & Hydropes, immo multi de Simpth. causis. 2. cap. 1. aqua natantes frigida mortui sunt repente.

Aquę multę vino admixtionem ipsam solam preter consuetudinem frigidam quoque innatum debilitantem calorem stomachi de se frigidi, ac neruosi qua naturalis calor forsan extinguitur, Modica dein uel pauci ualoris fit concoctio ex Arnaldo inflationem uentriculi'ue rugitum efficientem digestionem perturbantem, & inflantem Splenem, Nam aqua ex Hip. de uict. ra. in gra. Natura bilioso uentriculo, & pręcordijs pessima biliosissimaq; res est maximeq; debilitat cum uacuum intrauit lienem iecur'ue cum feruet, Fluitat'ue tumefacit, tardius enim frigiditate coctionis'ue difficultate meatus penetrat uentremq; locium'ue non ciet quin potius ledit non nutrit, nec substantifice humectat obstruit atq; in corpore cruditates multiplicat. ex Dios. 6. strangulatus & dolores infert petram uessicæ, & renum creat sterilitatem adducit corpori rigorem & torporem ac menstrua supprimit. Inuenies autem aliquando & propter aquæ potationem aliquos dolere caput de euch. et cach. 8. Naturale robur uentris exoluens quo debilitato hycores cholerici assueuerunt confluere de corpore ad spaciositatem eius, sicut his qui ieiunauerunt. Aquam quoq; ex niue, uel glacie resolutam potatam 3. 1. cap. 8. neruis membris anhelitus interioribusq; quibusq; noxiam, quæ si non illico, dierum longitudine annorum processu nocumentum efficiet, E' qua totum quod leue est clarum, & purum adueniente gelu recessit turbidum uero remansit, & impurum probandum aquæ mensura accepta sub gelu congelata dein sub sole, uel altero calido liquefacta sub minori comperta mensura, ideo aqua omni deterior, Licet enim confestim de euch. & cach. y. iuuenum corpora in perceptibiliter apparet uix ledere latens tamen tunc nocumentum paulatim acutum in procedenti tempore declinante ætate insanabiles egritudines gignit secundum articulos & neruos, & uiscera, patitur autem citius illa pars corporis quęcunq; fuerit na-

tura sensibilior. Vomitu præterea utuntur ab Hip. laudato princ. sententia ratione ulla nequaq̃ utendo, ne natura aßuescat prauos depellere ad uentriculum humores sentinam locum'ue fetidum ad quem totius nauis superflua continue decurrunt, efficeret, debilitetur inde digestiua cibi corrumpantur, & pessimi in corpore gignantur humores, uileq; est cum quæ infra natura eiici debeant contra naturam supra expellantur ex Gal. de symp. causis. 6. cap. 2. Si stomacus naturę proprio cursu meri cibum supra detrahat eius superflua infra propellens, motus nanq; intestinorum naturalis existit quando egestio inferius descendit, ad summa propellunt ora aggrauata uehementer, ut latitudinalium uentris infimi musculorum situs sit iuxta dorsum supra potius q̃ infra ad expulsionem magis per inferiora q̃ per superiora ordinatus, Cuius assiduus usus stomaci uirtutem debilitat & 13. 3. tr. 5. cap. 8. superfluitatum lacunam efficit, quapropter cum sola tunica extrinseca fiat est difficilis, uomitus enim 13. 3. tr. 1. cap. 3. motus est non secundum cursum naturalem, & non completur eius operatio, nisi per tunicam uelatiuam exprimentem, indiget ideo. 16. motu laborioso non naturali & accidit, ut rarificetur textura uillorum stomaci & extenuetur, Vnde 4. 1. 14, uentriculo nocet illum debilitat & resoluit aptumq; reddit ad hunc ipsum materiæ defluant pectori obest uisui, propterea. 4. 1. præcepit prim. oculis apponi paruas ex coto pilas cum uitis ne oculi uomitus uiolentia exterius promouerentur, dentibus & antiquis capitis doloribus epilepsiam auget hepati & pulmoni noxius. Ideo serap. laboriosum motum hunc ipsum appellauit, quiq; Rasis. 4. corpus exiccat hepati pectori oculis & pulmoni nocet membrorum anhelitus 4. 1. 11. uenas findit ac rumpit emoptthoicam faciens & ptisim demum stomachum corrumpit, & eius uirtutem destruit, medicinę itaq; Vomitum facientis dispositio. 4. 1. cap. 4. cum in stomaco fuerit in eo morabitur & humorem ab intestinis ad seipsum attrahet, & sua uirtute superabit ad resistendum uirtuti naturali, ut extra naturam procedens ali-

quando quidem plurima ab inferioribus subtrahat, ideo iliaca miserere mei letalis exoritur morbus, ut cum suis iuuamentis plerunque egritudines afferat capitis grauedinem 12. surditatem quandoq; & nocumenta uisus, Cataractæ enim noxius, quia caput uaporibus replet. Qui biberit igitur aliquid uentris solutionem, aut uomitum faciens corpore limpido necesse erit illi accidat uertigo, aut uentris mordicatio, uel angustia, & quod expelletur egreditur difficulter ac. 11. si non euomuerit oculorum fiet ad exteriora egressus uocis intersectio & mors ipsa deinde. Vt uomitus ac uentris solutio ei non attineant, qui bono utitur regimine, quoniam qui bene regitur non indiget, nisi eo quod sit his leuius, & forsan excusabunt ea exercitium fricatio & balneum. Exercitium immoderatum defaticatio nimius labor corpus ad frigus & indigestionem med. ar. 3. conuertens calore naturali extra transmisso atq; diffuso, qui intus uniri & ad interiora recludi deberet, disgregat, cibum loco digestionis quiescere nec permittens illa debilitata phlegma, & crassi in corpore gignuntur humores, cibum ac incoctum potum ad hepar penetrare cogens consequentur ad reliquas partes, omnisq; post cibum motus compressione quandoq; omentum ac intestina egredi faciens de tuen. san. 1. calorem addiucens humidum'ue naturalem exiccans, ut corpus desiccet destruat atq; consumat, unde insita uirtus deficit innatus dissoluitur calor & sequela minoratur pulsus. Quo ex uitali itinere immoderato laboribus'ue multis macrescunt oues. Cibus enim quiete & somno indiget usq; quo fiat bona concoctio. 13. 3. tr. 1. & quando sunt loco amborum motus & uigiliæ non completur digestio, quiete quoq; ac somno ex Montag. de balneis Patauinis tr. 2. cessat resolutio & sequitur spirituum animalium restauratio, ac laxitudinis remotio. Quies longa stomaco ac toti corpori frigus obstructiones humiditates superfluas ac uentos adducens 40. 5. immo exercitij consueti dimissio huius aliarum'ue partium. 7. med. meth. morbos gignit uirtutes hebetat naturalem calorem com. eiusdem 12. extinguens.

Ocium . n. perpetuum ad sanitatis tutelam Aetij . 2. maximo impedimento est. Quies putredo est Nic. s. 1. tr. 2. 33. eo q quiete congregantur superflua epulentiam ac transpirationem prohibentia. Ille itaq; solus ex fulgentio ab exercitio & labore se subtrahat, qui felicitatis gaudio uult carere, quies etenim est malorum humorum generatiua nutritiua, & multiplicatiua corruptionis ac putredinis atque ex Auic pediculorum inductiua immoderate humiditatis attractione nulla uel modica superfluitatum emissione, seu euaporatione, qua nec subtilian tur spiritus, Aquæ enim quando nimis quiescunt putrescunt, ferrum, & metalla rubigine afficiuntur, ethicamq; . 3 . 1 . d. 2. 1. adducit frequenter membrorum debilitate virtutum diminuto motu qui innatum illis defert spiritum vitæ cuiusque membri instrumentum, Maxime itaque est malum ad sanitatis custodiam de euch. & cach. quies corporis, vt extrema in frigore quieta dimittere ne moueantur aut exercerantur . 3 . 1 . d . 5 . s . ex maioribus causis sint ea superet frigus ne facultates suas exercere possint, vnde nauticæ quotidianę brachiorum ad se inuicem percussiones, innato extincto calore constrictoque eo quod resoluebatur putrefiant destruantur & extabescant. Animi immoderatę passiones, ira, tristitia, timor, gaudium, letitia, similia'ue, a tristitia enim eccl. 38. festinat mors et cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem ac. 30. Tristitias ne des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo, iucunditas cordis hæc est vita hominis, & Thesaurus sine defectione sanctitatis & exultatio uiri est longeuitas, multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa zelus in iracundia minuentur, et ante tempus senectam adducet cogitatus, tristitia ex Arnaldo de Regimine sanitatis est senectutis festinatio et naturalem calorē extinguit spiritum profundat et cordis compositionem dissoluit, ac tandem interficitur, tristitia corrumpit naturam hominis infrigidat enim & desiccat & pręparat corpus ad maciem & extenuat, Ingenium ebetat & rationem impedit iudicium obscurat memoriam obtundit et spiritum obtenebrat. Tristitia quos

que de conſeruanda iuuentute oſſa deſiccat carnem eliquat conturbat ſpiritum et corrugat cutem. Triſtitia & cure graues de Regimine ſalernitano corpora exiccant & infrigidant maciem, & extenuationem inducunt triſtificant enim ſpiritus uitales cor conſtringunt, & ſpiritum obtenebrant ingenium ebetant, & rationem impediunt iudicium obſcurant memoriam obtundunt et ſpiritus triſtes exiccant oſſa triſtitia de futuro adducit vigiliam. Letitia accepto Tragicæ victoriæ nuntio Sophocles & Dionyſius Siciliæ ſubito moriuntur, ſicut mater viſo filio è Cannenſi redeunte prelio repente peryt. Accidentia præterea animi horribilia & motus corporei fortes digeſtionem fieri prohibent. Ira nanque vehementer calefacit & de ſequela poten. animę. 1 0. rurſus iracundyis exaugetur innata caliditas triſtitia multum exiccat, pigritia uirtutes laxat animales & compleſſionem. 3. 1. D. 3. 4. ad phlegmatis proprietatem inclinat. Memoriam metus perimit, inuicem vocis timor eſt incitamentum quam non ſolum acuit ſed etiam ſi nunquam fuerit extorquet, nam Athis Creſi filius mutus in uocem erupit, ui timoris exclamaſſe dicitur parce Patri meo cyre & te hominem eſſe caſibus noſtris diſce. Oportet igitur vt tota intentio ſit in meliorando mores & moderando ipſos, quoniam ſicut mali humores malitię complexionis ſpeciem ſequuntur ita ex malis moribus ſequetur temperamenti malitia. In morum idcirco temperie cuſtodia ſanitatis animæ & corporis ſimul conſiſtit vt conſeruationis ſanitatis plurimum ſit. 3. 1. D. 2. 1. exercitium poſtea commeſtio. dein dormiendi regimen de euch. & cac. demum de paruæ Sphere exercitio letitia, ſi quidem gaudium. 1 3. 3. tr. 3. 3. ex cauſis ſit bonitatis digeſtionis triſtitia uero ex cauſis corruptionis & deſtructionis. Qua ſola morbos euaſere multi. animæ enim paſſiones med. Ar. 3. exterminant & mutant corpus ab ea quæ ſecundum naturam eſt conſiſtentia. Studium, meditatio. immenſurati mentis poſt cibaria motus b fariam ad ſtomaci fundum infra ſeſſione liberius deſcendere non ualentia. 2. ſuperfluo animę exercitio naturales uirtus

tes digestiua maxime perturbatur innato calore ac spiritu ad animalium virtutum organa retracto, ideo quiescente animi virtute in somno tunc naturales operantur fortius, interiores'ue tenebrę multo magis quam exteriores mœrore occupant animum atque terrent. Clamores postea de sacro morbo ploratus Ventiq; maxime possunt cum Solem, Lunam, cęteraq; sydera hebetiora quam suapte natura sint tum magna validaq; superent, quid mirum si hominum corpora ac cæterorum animalium morbosiora reddiderint, Coturnices ideo ex Solin. Austro flante nunq̃ exeunt nam metuunt uim flatus humidioris plurimum se Aquilonibus credunt, ut corpora pinguiscula atque eo tarda facilius prouehat siccior & uehementior spiritus. Constitutiones itaque aeris multitudo cibariorum exercitij balneorum somni, ut aggrauent uirtutem de puls. causis immoderate pręter naturam sunt non quę secundum naturam, & quæ non natura superabundantia in id quod præter naturam est transeunt atque Feb. diff. cap. 4. calidiores aeris continentis constitutiones, ac immoderate crases quales circa canis ortum ignis continentis'ue flamma de temp. 3. cap. 3. nos adurit, aer infectus ex respiratione ab homine infecto putrido humore alia'ue occasione fetido, uelut mendicantium prauis scatentium ulceribus, reliquis'ue morbis contagiosis præsertim male affectis, corruptione etenim interiori eorum anhelitu fetido, ac corrupto uelut leprosi ac similium reguli'ue flatu aere infecto uicino inficiuntur uolatilia, et cætera animalia ex prin. et Constantino ut astantes quoque inficiantur leuius, quo hos prope inhabitare minime tutum est, eorum etenim fetore sæpe etiam sani corrumpuntur, unde lepra fit ex contactu uestitu decubitu cohabitatione, & locutione, Morbus enim est contagiosus astantium et conuersantium infectiuus, si enim contactu leuiter scabientis alter scabiosus efficitur, cohabitatione quoq; ubi ab infecto aere a leproso expirato corporis sani spiritus humores, et membra infici posse facile uiderimus, immo terribile, seu horribile est aspicere tales hominum tartareas facies, cir-

cunſtantem enim aerem tanta venenoſitate inficiunt, ut maxime ſit uerendum his appropinquare, unde antiquiori euo noſtroq; præſenti urbes ac regiones, quæ politice reguntur hos languentes a communi hominum conuerſatione faciunt exules, quibusq; principum imperatorum ſummorumq; pontificum mandato uelut ex ſacris habetur literis ubiq; locorum habitationes ab horum conſortio ſeparatas publice deberent parari, ſi in India populi ſint, qui cum incubuere morbi procul a cæteris in ſecreta abeant. Vnde de ſubfig. emp. 10. elephantiam patienti in uilla Aſiæ aliquo tempore conſuetis condietato conuerſatione paſsionem communicantibus tugurium conſtruunt loco eleuato à planitiæ iuxta fontem quendam parantes ei quotidie tot cibaria ſufficerent. Gonorhei itaq; et ſi morbum paterentur humanum à contagio quidem alienum ex Ioſippo ſacrisq; literis iudeorum religione neq; ſolum leproſi arcebantur e templo. Inſepultorum mortuorum ſepultorumq; intra urbes caſtra & oppida putredine unde ſepulchra quę ſacra fere habita ſunt S. P. Q. R. extra urbem diu habuit, ex 12. tabulis cautum ne intra pomerium cuiuſq ſepulchra forent, Athenienſium leges et inſtituta nullum prorſus ſepulchrum in urbem admiſerunt Solonis hoc præcepto, ne ſepulchra in urbe ſunto, ex Tabulis decemuiralibus in urbe ne ſepelito neue urito, ſicut ex Cic. legibus, immo ex his qui de Dijs ac religionibus ſcripſerunt compertum eſt Egyptios Saturni ac Serapis templa extra vrbem habuiſſe, qui his tantum duobus Dijs ſanguine, & uictimis litarent, cæteris thure ac precibus, ex horo Egyptio apud Macrobium neq;. non pertinere ad urbis fortunas, & dignitatem eius numinis templum intra menia conſpici cui ſanguine litarent, ut Romanus populus ratione conſimili quoſdam Deos cenſuerit extra urbem ſtatuendos hisq; templa extra pomerium facta ſunt, ſicut Aeſculapio, Vulcano, & alijs, ne peſtis, uel incendia urbem ingrederentur eamq; male afficerent, Deos quidem ipſos coluerunt, ſed extra vrbem tamen ex Plutarcho excluſerunt. Nam Romulus primo Vulcani templum pro-

cul ab

cul ab urbe constituit, Arist. quędam Deorum templa intra alia fore ro extra mœnia habenda existimat. atq; Aquarum causæ harum'ue mutationes si quædam bilim, & ex prin. pituitam quædam gignant, quædam bonæ, ut supra prauæ sint ac deteriores. Vigiliæ siquidem magnę uic. rat. gra. cibum potumq; digerere, nec sinant humores acuunt & robur exoluunt. Gal. 1. prorret. hip. co. 1. uigilia uirtutem non minus exoluit quam sensibiles euacuationes, motionum multarum, & inordinatarum error eccl. enim 31. honestatis tabefaciet carnes & cogitatus illius auferet somnum. Nocent autem uirtuti uigiliæ & dolor & euacuatio immensurata, nam concoquit somnus, uigiliæ uero euaporant meth. med. 12. in somnijs enim Gal. introductorij com. coctiones fiunt meliores non eorum quæ secundum uentrem solum, sed eorum quæ secundum uenas & arterias, & secundum omnem animalis habitudinem, post cibum enim & potum temperatum cibum digerit humores temperatos facit corpus humectat impinguat & calefacit, somnus à poetis frater, & quasi mortis imago, & unum ei solum existit commune ad uiuentes circa cibum operari, alia uero omnia morientibus similia, non audire non sapere, non intelligere, ut syncopis amissionisq; uirtutis causæ. 4. dolor uehemens, uigilię, immoderata uentris euacuatio in desipientibus autem quandoq; & motus, adijcitur. 5. principiorum discrasia. Vigilia itaq; nimia calor augetur, digestiua deficit corpus exiccatur & attenuatur color mutatur oculos & palpebras grauat uisum hebetat & debilitat, atq; uires eneruat, uigilijs ideo immoderatis exercitio studio ac similibus animalis spiritus immoderate calefit consequenter uitalis adeo ut naturalis calefiat humidum & minoretur & ethica adducatur demum.

Somno nihilominus nimio animalis uirtus deficit corpus humectatur & refrigeratur humorum dissolutione sequela caloris naturalis extinctione pituita incensa illo diminuto suffocatur animal. Quin epidimiarum. 5. hecale uirgo Nerei filia. 20. annorum uertice manu aperta percussa. 9. interijt. Quin etiam artes diuersæ morbificæ ac le-

tales de fabro ferrario eccl. 48. uapor ignis uret carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Immo Medici sanandis hominibus prætermissis Istulis terræ uermibus mumia, ac mortuorum hominum ossibus. linei strati, seu tapetum confectionibus Phil. pag. 267. Scorpionum ac serpentum esu simp. facul. 10. maximum dedecus est hominem sapientem esse commestorem stercorum dici autem scelerosum ex maleficijs adhuc magis abhominabimur bibere menstrua, nec homo rationalis pateretur supra se, uel maris inungi semine, uenena sub simplicium pulchriori notissimo suauiorióq; nomine ac blandiori exhibent mortifera scamonium ac leuiori (ut aiunt) uerbo diagridium, suauiori forsan à Seneca philosopho continentissimo prælecta, atq; à Lucano historico celeberrimo ac eis ingrata minus, euphorbium, elaterium quod latere deberet, atq; pharmaca quęq; propinant nephandum & inexecrabile neq; à Principibus tollerandum, si sanctissima atq; homini amica & benedicta habeant medicamenta humoribus propria quibuscunq; ac membris mannam, syrupum roseum solutiuum ac uiolaceum, rhabarbarum, & similia à nobis descripta, uenefica dein æuo nostro marassum serpentem horrendum pestiferum exitialem ipso pene nomine formidandum Andromachus Neronianns Medicus Mithridato nobilissime aduersus uenena quęq; antidoto addidit, quid enim hoc aliud est, nisi homines nouis remedijs, atq; à communi & securo usu abhorrentibus exitialiter iugulare, & longe ueneni pericula fugientibus ultro uenena porrigere, licet Gal. in suis de theriaca tractatibus asseruerit uenenum ueneno esse remedium Plin. ac alij plurimi, utpote contra omnium serpentum quamuis insanabiles ictus eorundem serpentum exta imposita auxiliari tradentes, hydri iecore eso ab ipso percussos seruari, Scorpionem tritum proprio ac stellionum ueneno aduersari plagę impositum etiam assum intus asumptum, uiperę carnes & iecur coctum haustum morsos sanare ac similia, potiora nihilominus remedia humana elegantiora'ue & securiora nondum inuenta, uel à nullo ad mi-

nus scripta Iesu annuente manifestabimus, ut pedem coruinum manifestum uenenum uorari iusserit Aui. 2. can. 16. ac 223. omnium expositorum consensu ermodactilis uirtute præferendum, præmissisq; corrosiuis ac exulcerantibus calcanto flore eis cantaridies ac similibus, napellum etiam pernitiosissimum potari, imitantes mores ex Ouidio,

Lurida terribiles miscent Aconita nouercę,

Argentum quoq; exhibent uiuum, seu præcipitatum Plin. 34. uenenum omnium rerum omnia exedens uasa, atq; dira tabe prorumpens ex Dios. Grecis pariter authoribus, à medicis itaq; interdum uitę specie pretio emunt unde mors certissima proficiscatur. Quis enim non uideat plus esse à Medico q̃ à morbo periculi, siquidem & morbus alius pro alio curetur, & alia pro alijs remedia afferantur ex Politiano ad Leonicenum. Homo uerumenimucro cum non ualeat hominem mordens, quia similem, sicut nec uipera uiperam, neq; aspis aspidem ex Gal. de inequali discrasia doct. 2. cap. 4. perimere, manifesto ueneno hominem interficit, Alexander. VI. quidem Papa & Dux Valentinas eius filius dum Cardinales quosdam necare tentant semetipsos occidunt, quemadmodum D. Rolandus Marchio Palauicinus olim me ueneno necare tentauit, qui postea diuina permittente iustitia carcere Fauentiæ Castro ueneno ut existimatur interijt. Quin Imperatorum Monarchę'ue Albertus Austriæ Dux anno Christi. 1454. ueneno obijt. Henrico. 5 calice prędicatorum frater uenenum porrigit. Carolus. 2. anno. 884. fratris uenenum hausit. Diocletianus anno 384. ueneno perijt. Claudius anno. 44. ueneno decidit. Alexander Magnus annis. 315. ante Christum à suis haurit uenenum. Palam demum & aperte non hominem modo homo enecat prætermissis seruis, qui dominos suos, maritis, qui carissimas uxores, populis qui Principes ac primates de se benemeritos ac liberatores, affinibus & consanguineis, qui sibi sanguine q̃plurimum iunctos, militibus necnon qui Imperatores maximos interemere & econuerso. Fratrum ac sororum nephandi interfectores Athila Pannonię rex Budam fratrem è

medio sustulit, Boleslaus Bohemiæ Draomitia matre conscia Vuenceslaum interficit, Mithridates Ponti Rex matrem fratrem & liberos. 6. peremit, stracatherus danus. 9. Et Abymelech filius Gedeon iudicum. 9. fratres. 70. trucidati. ex Ouid. itaq; Metam. 1.

Viuitur ex rapto non hospes ab hospite tutus

Non socer a genero fratrum quoq; gratia rara est

Crudelius dein immanius'ue ac sceleratius parentes nati filiosq; parentes scelestius mactant, Herodes iudeæ rex liberos. 3. Alexandrum Aristobolum, & Antipatrum morti tradit. Fridericus. 11. Imperator qui Henricum filium suffocauerat anno Christi. 1215. a filio suffocatur, Artaxerses magnus persarum rex Iustini historiarum. 10. pater liberorum. 115. ex alijs. 300. Cyrum fratrem interfecit ante Christum anno. 369. cuius filius Darius præter consuetudinem patris indulgentia rex electus cum fratribus. 50. conspiratione in patrem necandum facta patris mandato obtruncatur, cum post noua pietatis paternæ exempla interficiendi patris consilium ceperit, sceleratior si solus parricidium, tanto sceleratior in societatem facinoris assumptos. 50. fratres fecit parricidas, ostenti prorsus genus vbi in tanto populo non solum sociari verumetiam sileri parricidium potuit, vt ex. 50. liberis nemo inuentus sit quem aut paterna maiestas, aut ueneratio senis, aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret, Adeo vile paternum nomen apud tot numero filios fuit, vt quorum præsidio tutus aduersus hostes esse debuerat eorum insidijs circunuentus tutior ab hostibus quam à filijs fuerit. Tullia Tarquinij currum super faciem mortui parentis equis etiam refugientibus duxit, horum'ue plurimis facti immanitate pretermissis. Scelestissimam sibi ipsis mortem consciuerunt nephandam atq; infamem, aut se alijs occidendos commiserunt sponte, Lucretia Romana quibuscunque nota,

Lucretius Poeta se gladio Brutus Cato fodit & ille, Eius Portia coniux carbonibus hausis inaudito mortis genere vitam finit. Cornelius merula sibi venas succidit, Licinius maior se laqueo præfo-

cat, sicut Silanus à T. Manlio patre repudiatus, taurea iubellius campanus coniugem primum ac liberos postremo seipsum gladio transfixit.

Hostem cum fugeret se Fannius cepio ipse peremit
Casta suo gladium cum traderet aria peto
Decreuit stygios festus adire lacus.
Matricida nero proprio se percutit ense.
Mox Otho famosus clara sed morte potitus.

Galerius Imperator, ac Valerius se precipitat. Adrianus, Sabina eius vxor, Florianus, ac Iulianus acto per costas Pugione in ignem se abiecit. Diocletianus Imperator, Maguentius, & frater decentius Cesares, Cecina, Empedocles se in Aetnam coniecit Cleantes Chrysippus & Zeno Philosop. Sardanapalus, Lycambes, ac nebule filia Furca se suspendunt & Iudas qui IESVM tradidit cleombrotus, Anibal, & Astrubal cum filijs in medias flammas se iecit, pontius Pilatus Iudeorum præses a Tiberio qui Christum à Iudeis crucifigendum iudicauit. P. Terentius, & Theoxena cum marito se in mare deiecit, & Democles pulcherrimus in aquæ feruentis Lebetem. Petrus de Vineis iurisperitus caput parieti illidit, Anchurus Midæ Regis Phrygiæ uoragini uelut Curtius Romanus se immersit, Cyane Cyanippum patrem demum seipsam interfecit. Anius tuscorum rex se flumini immersit. Virgines milesie plurime suspendio vita priuantur, Laurentianus Florentinus & Petrus Leonius medici se in puteum conyciunt, boges liberos coniugem Concubinas familiam ac seipsum igni tradit. Herodes Christi morti consentiens semetipsum trucidat. Erisicthone propria deuorat membra. Ino cum Melicerta filio se mari præcipitat, Herenius siculus caput posti carceris illidit. Coma iatro capite in crura demisso sibi ipsi spiritum intercludit. Præterea veluti pristinis temporibus admodum paruus fuit perfectorum Numerus, cum ad ostendendum innocentiam solus venerit Abel, ad docendam actionis munditiem Enoch. ad insinuandam spei longanimitatem & operis Noe, ad manifestandam obedientiam Abraam, ad

demonstrandam coniugalis vitæ castimoniam Isaac, ad insinuandam laboris tollerantiam Iacob, ad rependendam pro malo bonam retributionis gratiam Ioseph. Ad ostendendam mansuetudinem Moses. ad informandum contra aduersa fiduciam Iosue. Ad ostendendam inter flagella patientiam Iob, ad munificientium liberalitatem & animi magnitudinem declarandā Iulius. III. Papa, & rectitudinem, sic.n. pauci recta viuendi regula vtentes ad annos multos peruenire ualent. Res deniq; non naturales tempore Hip. 11. 2. pronost. non fuere nisi res cum quibus currit consuetudo, Aeuo autem nostro homines contraria & penitus aduersa peragunt, die enim dormiunt nocte uero uigilant, velut Paulus. II. Papa, nam ab ordine rerum dies vigiliæ nox somno tributa est, quoniam sole ad hemisperium nostrum accedente radiis suis meatus nostri corporis aperit atq; à centro ad circunferentiam humores spiritusq; dilatat quod ad uigiliam actionesq; excitat atq; conducit, contra uero quando recedit omnia coarctantur naturali quodam ordine inuitans ad somnum, ordini vniuersi tum sibi ipsis repugnantes dum contrariys simul motibus perturbantur atque distrahuntur, sane dum ab uniuerso mouentur ad extima ipsi sese mouent ad intima atq; econtra peruerso ordine moribusq; contrariys, tum corpore toto tum spiritu labefacto. Pueri senes'ue iuuene celibe nubunt, ex quo erat lege. 12. censorum officium ne Romæ equites ac pedites celibes forent, probro habitum his qui uiribus quamplurimum pollerent carmine

Censores equitum peditumq;
Prolem distribuunto
Celibes esse prohibento.
Mores populi regunto
Probrum in Senatu ne relinquunto.

Ex his costat qua diligentia & studio seruatum sit à S. P. Q. R. vt eorum soboles ualidissimis uiribus concresceret. Ita enim fit ut humanum genus suapte natura immortale existat, neq; ullus puto

reperitur qui non maxime cupiat eternum ſibi nomen apud poſteros, itaq; hac una ratione perpetua ducantur hominum ſecula, unde Aeuo noſtro fœmine plures calore incompleto diminutoue quam mares in orbe, & reliqua oppoſita. Ciuilia taceo inteſtina. ſiquidem nihil in quaq; ciuitate calamitoſius ac peſtilentius ſeditione ciuili & inteſtinis factionibus atq; diſcordÿs, ut miseræ patriç meç miſeriſq; meis conciuibus quamplurimum miſerear, Rauennam etenim & ego ſubuerſam penitus reſtituiſſem, ſi magnus Alexander quiſpiam ſuperuixiſſet, ſed quod hominum facultas non poteſt, faciat illud IESVS, nunc autem cum maximus Iulius. III. ſuperuenerit ex montibus urbes nutu ſolo conficiens ſpes maxima ſeſe mihi offert hoc & maiora facturum, ex Catone Vrbium uenenum ut Agrippa ſententiç Saluſtianç ſe plurimum debere profitetur, concordia paruæ res creſcunt diſcordia maxime dilabuntur.

Externa'ue bella ex Crinito

Additur & noſtris hçc ætas ferrea damnis
Qua Mars repreſſit Pallada
Officiumq; togç perÿt, tantum arma ſuperſunt
Geruntur omnia uiribus
Materiam ſcelerum ſtruimus propriumq; nephandæ
Ius additur libidini
Sic hominum uita aſſiduo dum fluctuat çſtu
Torquetur indies magis
Nullus enim uarÿs nouit prçſcribere uotis
Finem ſed omnes fallimur
Illum ſollicitat factoſç gloria laudis
Hunc ambitus uexat grauis
Ex humiliq; aliquis nunc ſumma peroccupat audax
Paremq; fatis ſe putat,
Qui tamen ut ſuperis libuit deceptu inani
Aura iocantis Aleæ

Precipitem ſeſe tradens immergitur undis,
Nec ſubleuat preſſum caput
Et ualeant quibus atra
Fames inſederit auri
Quid tam ſceleſtum quin ſibi arroget impudens
Libido nequam Principum
Non ſentis in potentis, ut faſtus animi
In quemq; ſeuit optimum.

Vt & nobis Sille id tanta animi crudelitate eſtuantis tamq; auide humanum ſanguinem ex Seneca Appiano, & reliquis bibentis, ut.7. millia Romanorum interimi, atq; contrucidari iuſſerit, obyci ualeat, cum quibus tandem uicturi ſumus bello armatos pace inermes occidimus, ut & uiuos homines diſectos medios & parentibus commedendos apponant liberos, crudeliſſima Cyſenis Thracie regis filia ac Virg.8.

Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis
Componens manibusq; manus atq; oribus ora
Tormenti genus, & ſanie taboq; fluentes
Complexus in miſero longa ſic morte necabat.

Caligula deniq; ſceleſtiſſimus Romanorum Imperator Tiberium fratrem Syllanum ſocerum Ptolomeum regis Iubæ conſobrinum ſuum & q̃plurimos interemit ſerra diſſecuit feris obycit optans unicam ceruicem haberet Romanus populus, exercituum cedes famem peſtem incendia terræq; hiatus dicens cum uxorem oſcularetur tam bona ceruix ſimul ac iuſsero demetur. Diocletianus.17. millia chriſtianorum paucis diebus interficit. Nero ultra diuerſorum neces uiuos homines Polyphago Aegyptio crudam carnem mandere aſſueto laniandos obycit & abſumendos. Tiberio nullus ab hominum pœna ceſſauit dies, Vedius Pollio noue ſeuitie perſcrutator inuſitate ac prodigioſe feritatis homines piſcibus in prædam dabat, ut hominum cruore paſti delicatiores eſſent, in Romana ciuitate non ſceleſtum modo, ſed nepharium ex Seneca omnium Vedium mille mortibus

dignum

dignum qui deuorandos seruos Murenis obyciat, cuius puer fracto cristallino ad Cæsaris pedes confugit nihil aliud petiturus q̃ ut aliter periret ne esca piscium fieret. Nouaq́; seuitię atq; crudelitatis Auidius Cassius alter Catilina cruoris cupidus nouo supplicij genere seuientis animi ferocitate, atq; atrocitate centum pedum trabę alligatos homines concremat, ut multos incendio alios fumi cruciatu necaret. Iustinianus pogonates Imperator quoties truncas nares emungit toties unum ad supplicium tradit. Claudius Cæsar gladiatores iubet interfici, ut expirantium faciem uideat. Vitellius homines enecat uelle se dicens oculos pascere. Alboinus Longobardorum rex capite Gunimundi Gepidarum regis craterem sibi facit. Traiano imperante Iudęi Duce Andrea multos gręcorum ac Romanorum obtruncant, nec cęde contenti humanis uescuntur carnibus, seq́; occisorum intestinis stillante adhuc sanguine incingunt, & eorundem excoriatorum pellibus obuoluuntur multis per medium usq; ad ceruicem dissectis multos bestijs laniandos obyciunt, ut ducenta & amplius authore Dione Cassio hominum milia furore crudeliue uenefica manu, & armis Iudeorum interierint.

Vitam enim nobis amor uoluptasq́; parentum
Vitam uicissim demit odium atq; dolor.

Amiani autem Marcellini testimonio agunt ipsi quietius seres armorum semper & preliorum expertes utiq; hominibus sedatis & placidum est ocium uoluptabile nulli finitimorum molesti cœli apud eos iucunda salubrisq́; temperies Aeris facies munda leuiumq́; uentorum commodissimus flatus & abunde syluæ sublucidæ à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris uelut quædam uellera mollientes ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt nentesq́; sub tegmina conficiunt sericum ad usus ante hac nobilium nunc etiam infimorum sine ullo discrimine proficiens, præter alios frugalissimi pacatioris uitæ cultores uitant reliquorum mortalium cetus cumq; ad coemenda fila, uel quædam alia transeunt flumen aduenę

nulla sermonum uice propositarum rerum pretia solis oculis estimant, et ita sunt abstinentes apud tradentes genita nihil ipsi comparant aduentitium. Ex psalmista in circuitu impij ambulant. Triplex etenim temporum cursus miro ordine se alternat quo omnis status omnis'ue se regit conditio, primo. n. cum temporalium abundantia arridet ac diuitiæ mortales audaciores grandia tentant natos sublimes futuros delicatius educant nullis cedere docent donec dissidijs ac bello in pauperiem prolabantur, indigentes ideo 2. effecti prudentiam addiscimus moleste experti quod non ut uolumus, sed ut permittimur operamur, ut deinceps metuentes temperatius. 3. uiuere soleamus, temperantia uerumenim diuitias paulatim gignit, quæ ut prius animum tumidum reddunt et eum in circuitu sempiternę instabilitatis ambulare cogunt, quo diuitiæ audaciam pariunt, audacia bellum, bella paupertatem, paupertas mediocritatem, mediocritas diuitias, quæ iterum circuitu perpetuo audaciam pariunt, ac subsequenter. Roma ideo secunda Babilonia cum paupertatis tempore nusquam alter locus ea sanctior, nec bonis exemplis ditior fuerit, et quanto rerum minus habuit tanto minus cupiditatis habebat, post diuitię auaritiam induxerunt et luxuriem. Præterea causa humanæ malitiæ à sapientibus multifariam, inter quę non minima est indisciplinata natorum educatio delitijs ad placitum affecta, petulantia igitur ex consuetudine in naturam conuersa, nec erubescere, neq; sinit timere ceruice obdurata, paupertate bello laboribus ac alijs tribulationibus molles effecti atteruntur, flagellum ergo sibi pręparat, qui filios non castigat. De fractis Hip. nouum enim quid et externum quod bonum, nec ne sit nesciunt magis probant q̃ consuetum quod iamdudum bonum esse sciant, quodq; obscurum est, et nuper ascitum quam quod clarum est, et aperte comprobant, omnia nanq; prima Polit. 8. nos magis delectant, ut quandoq; uiderim nobilissimos ac Principes insitatissima edisse potasse et reliqua, saluus enim existit Ras. 4. à ciborum malitia, qui non eis utitur, ideo de uenenis. 8. nemo rem quam nescit

in os suum mittat, neq; corpus suum ea fricet, aut cum animali ludat ignoto. Dein Hip. de perflationibus si corpora hominum & animalium cœterorum tribus nutrimentis nutriantur, cibariis, poculis, & spiramentis pneumatibus'ue uento spiritu, uel aere extremo iuuamento anhelitus sic confirmato cor non tantum aere canna pulmonis attracto, uerumenim cutis corporis infici ac nutriri, ut chamaleom animalium solus, nec cibo alitur potu, nec alio q̃ aeris alimento. Varia quærunt loca homines nondum iugeribus terrę. 4. contenti, immo nec amplissima patria, nec comitatu, minus prouincia, nec etiam. 3. mundi maxima portione, immo nec terra, aut orbe toto, noua quærunt regna nouum mundum, & ut homines decipiant homines mundi Indię'ue mirabilia quæritant plusquam maximæ aeris mutationes 2. 1. de iudiciis temporum morbiferæ, unde labores contingant ac dolores 3. 1 d. 5. c. 2. magnos adducentes morbos, pleni equitantes, nec hospitandi horam in calore expectantes, aut coacti temperate modicum edentes, olera nec fructus dimittentes, aquam plurimam potantes, ut corrumpatur cibus augeatur sonitus, & dilatatio sui, & crudi in corpore gignantur humores, imbecilles fient eorum resoluetur uirtus, ut se mouere nec ualeant, superabit sitis, & sol forsan cerebrum impediet, uel frigore spasmo congelatione, aut apoplexia, uel pruina, morte eorum qui opium, aut mandragoram biberint, uelut contigit cap. 4. plurimis, peribunt, uel bulismo afficientur multotiens, multotiesq; de elementis. i. utimur elementis mundi dispositione forsan qua sunt pura singularia aquam bibimus omni die ea balneamur, & reliquis utimur usibus, aer circundat corpora nostra ab omnibus partibus, & inspiratione ipsum attrahimus, igne multoties indigemus quando aduenit nobis frigus, ideo reducimus super corpus nostrum ignem aquam, & aerem, & animal arenam comedens terram lapidem lutum, aut ossa, & unumquodq; eorum reducit super corpus suum terram reductione manifesta, licet non singularia, neq; impermixta. Et piscium quorundam more à suis locis ablati animal

5. pereant, cum ex Hip. 3. 1. maximę temporum mutationes generent morbos, & in horis magnæ mutationes, aut frigiditatis, aut æstus & alia secundum rationem sic, immo eiusdem 5. in horis quando eadem die aliquando quidem ęstus aliquando uero frigus autumnales egrit. Expectare oportet. Indi soli nunquam à Natali recesserunt, quietum Indorum eminentissimæ sapientiæ genus est uita repletum. Verum.n. cibo & potu siquis abstineat duos tres'ue, & plures dies uiuere poterit, sed siquis spiritus in corpora meatus claudat, & intercipiat paruo diei spatio peribit, tam magno usui spiritus est corpori, pręterea cętera omnia homines agere cessant (plena nanq; mutationum est vita) tamen hoc solum mortalia omnia semper agunt, spiritum. n. modo trahunt modo emittunt, vt Febrium duo genera potissimum vnum a nutricatu tantum, ambo ab actore fiant aere spiritu'ue, morb. que vulg. com. 1. 1. aerem esse causam asserit, de natura humana morbi uero fiunt partim à uictu, partim à spiritu cuius attractione uiuimus maxime communi & quo pręcipue omnes utimur, his uerbis cœlum constituit non victum esse uulgarium omnium causam morborum, quemadmodum aerem. 1. 3. in animantium corporibus itidem humores. 4. inter sese temperamento distantes sanitatis Authores eque ac morborum Hip. causas esse statuit, hinc aeris attracti Portio quadrifariam diuisi, mulcebris subtilissima ac suauis ipsis spiritibus uitalibus unitur, ut ex eo in arterijs reparentur atq; refocillentur, Portione. 1. corporis poris exhalante. 2. caloris naturalis actione consumpta. 3. trachea arteria innati caloris spirituumq; purgatione cum fuliginibus expulsa. Animam ideo quidam existimarunt esse uentum unde animę animiq; nomen ductum ab epicuro quidem aerem ab extra inspiratione attractum. Quo Gal. Hip. secutus quasi spiritu quodam tenui non alio quam fumo atq; uapore ex prin. Aromaticitate aere & odore spiritum nutriri putauit, crassiori corporeo magis naturalem ex Alex. & Nicol. peripatetico seu dulcedine, Vitalem subtiliori lucidiori ac puro, proinde iecur corpori

ſanguine alimentum preſtans dulcedine augetur plurimum, Cor autem creans ſpiritum & ſpiritui præbens alimentum merito aromatica deſiderat, licet proprie ſapor naturali, Color figura & uox animali, odor huic & uitali præcipue pertineat, ac quibuſcunq; tribus motus, ut alimentorum nullum nec rei ullius delectum magis ad uitam neceſſarium ſit quam aer nobis accommodatus, aer quidem qui ex earum exiſtit ſumma. 4. 1. cap. 2. dignior eſt cuius cuſtodia haberi oportet, Aerem enim loca'ue oportet preuidere multum pronoſt. 1. Ideo halyab. aer eſt una cauſarum fortium in mutando corpora & complexiones plus quam aliqua alia res non naturalis unde med. Ar. 3. quando diſtemperatum fuerit continens intantum contemperantias aliorum minui oportet inquantum eucraſia continentis corrupta eſt, Ideo pherecydes aerem omnium rerum principium eſſe putauit ſicut Anaximander, Anaximenes, Diogenes & Apollonius. Aer enim & inferiorum, & cœleſtium qualitatibus facillime ſemperq; affectus immenſa amplitudine circunfuſus perpetuoq; motu nos undiq; penetrans ad ſuam nos mirabiliter redigit qualitatem præſertim ſpiritum præcipue uitalem in corde uigentem ſpiritus animalis pariter originem & materiam in cuius penetralia tum aſſidue influit tum repente, nam potiſſimum ad uitam eſt aer electus ſi ſpiritus uitalis cuncta permeans entia omnibus uitam & conſiſtentiam præbens ligans mouens'& implens omnia, ex hebreis non elementum, ſed uelut medium & gluten diuerſa inſimul coniungens, & tanq̃ mundani inſtrumenti ſpiritus reboans & ſpiritus ſpirans, uelut de Chriſto legitur ſpiraculum uitæ, ſi. 8. menſe nati in ægypto plurimi uiuant nonnulli Greciæ plagis temperatis ex Ariſt. Diocle Cariſtio & Auic. conuerſatione tamen ac uita infortunata cum infantes. 8. menſe ex mathematicis omni generatione priuato inſuſceptibilem autem menſem habere pro dominis prauas ſtellas, nec natura edi ſoleant contra Euriphonem Dioclem & Epicurum. 8. menſem eſſe gonimum. i. generatiuum perfecti fœtus aſſerentes, epicarmi reliquorum'ue ſententia ab. 8. enim ſig. uelut à. 6. inefficax uiſus, ſed

uel. 9. mense uel. 10. ex Philos. et caldeis, omnibusq; Sol enim à. 9. zodaici conceptionis particulam rursum conspicit catatrigonon & à 10. catatetragonon conspectus quam efficaces. cæterum. 11. non putant nasci quia languido iam radio infirmum lumen catexagonon mittatur, solus Arist. cum aeris temperie fœtum forsan edi posse credidit, 12. autem mense nequaquam, unde conspectus pro nullo habetur. Ita secundum rationem hanc eptamini quoq;, seu catadiametron quia pleniissimus potentissimusq; conspectus maturi quidam infantes septemmestres dicti nascuntur ex Theano Arist. Diocle, Eueno, Stratone, Empedocle, Epygene, Euriphone, nam. 7. partum iam esse maturum eo, quòd in omnibus numeris septenarius ut supra possit quamplurimum, saluberrimi aeris beneficio ubi solis stellarumq; radij expeditius puriusq; vndiq; te contingant spiritumq; tuum mundi spiritu uberius compleant, naturali præterea aeris motu orbe perpetuo lenitate sua editis locis libere labente pure penetrante motum uigoremq; spiritui tuo mundanum præstant mirifice, unde plurimum refert quo loco nascantur homines, immo Bruta lapides ęra & reliqua, quippe qui montibus rudes absq; moribus non facile à qualibet leui causa patientes, econtrario qui in amplis urbibus ortum ducunt morigerati uafri ac facile patientes, ita qui humido cœlo albi molles, nigri qui sicco & preduri: nam sicut sanguis laudabilis, licet in membrum poris receptus quorum complexio corrupta est, uel alterata nutrimentum conueniens efficere non ualet: ita planta bona; quę è laudabili loco transfertur in locum & regionem illaudabilem producit fructus alimento inconuenientes, uelut econtra malę qualitatis planta in una regione existens translata ad regionem qualitate prępexistenti contrariam fructus producit nutricatui conuenientes ubi prius erant uenenosi; ex Gal. de simpth. causis. 6. de planta ex Persia in Aegyptum transmutata uenenosa prius hic uero alimentum conueniens facta, & econtra si Massagetarum camelli annos. 200. durent, nisi forte tralati in peregrina mutati aeris morbos trahant. Multum enim confert locus fortuna-

tus ad fauorem. Non ab re igitur locutus est Deus ad Abraam; ut ueniret ad terram quam monstraret illi, & porrexit Abraam uadens & proficiscens ad meridiem, similiter Isaac uenit in Cerarath ubi seminauit & collegit centuplum & effectus est diues ualde, ita natura res distinxit, ut hæc cœlo isto, illa altero gaudeant, nam cœlum est quod parit forma, & agens, terra matre & materia ex Theoph. non modo in plantis, sed etiam in animalibus lapidibus ac mineralibus usu uenit. Castanea xylocharacta montibus, Pinca salso solo, ac sola patria mea Rauenna sua cœli periodo fructificant alibi nunquam, uel non pariant. Ideo corporis complexio regionibus distemperatis de temp. 2. 6. in complexione est diuersa si apparentia, nec sint uelut occulta membra, cum habitantium regiones frigidas septentrione sitas Germanorum & Turcarum frigidas sclauorum, et humidas cutis mollis sit tenera alba et nuda calore innato uelut sanguine ad uiscera in corpore profundato multitudinis conturbatione coartatione, et feruore ira audacia mentis corporis'ue motu ualidiores sint, Aethiopumq; uero & Arabum meridiem inhabitantium cutis continentis corpora calore innataq; caliditate ad exteriora transmisso sicca fit nigra et dura, calorem itaq; innatum parum ualde, sed calidum extraneo calore ex Arist. acquisitum obtinent. Postea quis non mala uiuendi ratione utitur ex Hip. ibidem cum plures cibos, uel siccos, uel humidos q̃ ferre possit corpus dat laboremq; nullum copiæ huic opponit. Paul. ad Thessalonicenses. 3. quoniam non inquieti fuimus inter uos neq; gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte et die operantes hæc denuntiauimus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Humidioribus prętermissis pinguioribus'ue simul atq; laxis humorem alienum, atq; leuiter putridum membris plurimum inserentibus citę admodum corruptioni subiectum non aliter q̃ aquosum uinum celerius conturbabilem atq; corruptibilem uelut dictis oleribus præsertim fructibus lactę purę aquę potu carne agnina ac suilla, licet ex Gal. quadam corporis

humani rustici. s. robusti'ue similitudine quamplurimum laudata ac similibus. Vt eo deuenerit delitiarum homo ex Vsonio quod artem huic uoluptati adhibuerit scriptiq; de gula, & obsonijs libri comperiantur, moxq; proh pudor ganea tot uaria in saporibus coquendi modis uariarum rerum permixtione cibaria adinuenit, ut nullus sit modus nullus finis edulijs, immo porcorum cibaria glandium nomine decepti ac Gal. uerbo ex his Artocleas conficientes inhumanum, seu porcinum magis uerterunt usum, ac demum pane forti, prætermisso milij pane ad lasciuiam calido, reliquis'ue seipsos pascentes furfure porci. Quæ infinitos morbos pariunt, & plerunq; in mortem inopinam perducũt. Vnde Heliogabalus luxu libidinibus atq; flagitijs Imperium gerens naturę magis prodigium ad omnem uitæ improbitatem haberi potest, eo studio atq; ingenio existens ut nihil auidius quã luxu uarijsq; uoluptatibus ex lampridio cogitaret, ut adeo prodigiosa mollitie fato urgente monstrosa scelerum pœna in latrina occisus fuerit. sapientius igitur Zeno qui nec in morbis putabat nihilomagis esse utendum ciborum delitijs quam uterentur serui qui his carerent. sumptus ac delitias ex Epicuro apud Diogenem animi dolores ac molestias gignere. Eusebius continentia corporis ualetudinem conseruant, & animi pudicitia quietam præparat uitam. Plutarchus ualidiores quanquam natura debiles corpus cibi abstinentia curant, robusti luxu naturam debilitant Hip. quoq;. 2. 5 0. ac Rasis continentis. 2 5. operatio superabundans subito aut repente corpus replens, euacuans, calefaciens, infrigidans, aut inducens aliqualem alicuius speciei motuum qualitatem in ea erit peccatum, quoniam natura corporis constituitur & surgit propter equalitatem, omne intensum ideo opponitur naturę, Gal. ar. med. 3. non sustinet natura repentinas mutationes sine maximo discrimine, nam omnis mutatio intensa & subito acta peruertit corpus extra temperamentum, Ideo Acut. die'. 2. si corpora contra consuetudinem suam longo tempore torpuerint & longo tempore requieuerint postea ad laboris exercitium fuerint translata s. subito malum

est, nam

est, nam intense calida naturalem calorem & humidum substantificum resoluunt, exhalare faciunt & spiritus ex Montag. de Bal. pat. tr. 2. consumunt, digestionem corrumpunt uel alimenta conuertunt in fumum, frigida uero excellenter infrigidant, & ad Glauc. 1. cap. 10. innatum calorem extingunt uincunt & mortificant, superflua eteenim frigiditas. 4. 1. 2. est ipsa mors innati caloris aut ei propinqua, caliditas & frigiditas de const. ar. med. totam permutat substantiam eorum quæ ei approximant ut ad aliam speciem transire faciant, immo. 4. 1. cap. 7. ab aere frigido est seperandus quoniam premit & resoluit uentrem, & ab aere calido quoniam laxat uirtutem. Pari itaq; ratione de feb. ad Clauc. 1. nimius frigor ut nimius ignis occidit, caliditasq; superflua sim. Med. 3. nocet nocumento non minus nocumento frigiditatis, quemadmodum igitur de ineq. Dis. Do. 3. 1. in estuatione fit febris alterata corporis crasi ita in gelu multoties infrigidati sunt fortiter quidam totum corpus & ex eis sunt quidam mortui. Quo de elementis. 1. si perijt ex corpore animalis penitus unum elementum quodcunq; sit oportet, ut pereat illud animal cum priuatur illo elemento, & quia perit ex corpore quando aduritur elementum frigidum, & si infrigidatur ultimo frigore perit elementum calidum, & ultima exiccatione exiccatum corpus perit elementum humidum, & si finem humiditatis consequitur elementum perit siccum (Minuitur ex corpore animalis, aut additur semper in eo aliquid ex elementis ueruntamen illud est quantitate eius, qui non intendit corrumpere corpus animalis, quia usus elementorum quando est superfluus ab intentione exiens perdit animal, Ideo animam de substantia uirtutum naturalium à corpore separari uidemus confestim uehementer infrigidato in euacuationibus sanguinis, & potionibus infrigidantium pharmacorum, & quando fuerit uehementer frigidum continens, immoderateq; calefacto secundum febres, & inspirationes ignis, uel supercalefacientium pharmacorum potationibus. Sapientiæ quoq;. 14. non suffecerat errasse homines circa Dei scientiam idola adorasse, ue-

rumenim aut filios proprios sacrificant, aut insanię plenas uigilias habent, neq; uitam, neq; nuptias mundas iam custodiunt, si mulieris bonæ eccl. 26. beatus uir numerus enim annorum illorum duplex, sed & alius alium inuidia occidit, aut adulterans contristat, & omnia commixta sunt, sanguis homicidium furtum fictio corruptio infidelitas turbatio Periurium tumultus bonorum Dei obliuio, animarum inquinatio naturalis immutatio nuptiarum inconstantia, inordinatio mechię & impudicitiæ. Ita enim fit animalibus, quæ extra modum crassantur & pinguescunt uelut satis uitio Plin. 18. cap. 17. inter uitia segetum & luxuria est, cum nimia sua fertilitate procumbunt, hoc autem uitio non modo segetem, sed etiam aliquas arbores strangulari testatur Theph. 5. de Plant. causis, arborum autem genus etiam aliquot fortassis est, cui corruptio secundum naturam sponte, nec ullo pacto afflictato, sed bene uigenti eueniat, ut pino cum radices mutatę in tedam fuerint, ita enim fit ex nimietate nutritionis cumq; per tedam transmittere pabulum arbores nequeant moriuntur, cum enim auram attrahere nequeunt, nec ullo pacto spiritu uti possint propter obesitatem condensationemq; strangulantur, quippe omnia spiritum desiderant aliquem, uel solutionem, uel meatuum libertatem, ut naturaliter sic corrumpamur non aliena iniuria ex Gal. alim. 1. sed obesitate suiq; ipsarum luxuria, suffocatur autem, & extinguitur innata caliditas de euexia, penuria patientibus transpirationis, secunda ratione strangulantur plantæ, quia alie plantæ ipsis circumuoluuntur, quippe Theophr. 3. Orobanche eruum enecat amplexu compressuq; suo, & Linodorum fœnumgræcum interimit protinus radici adnascens, & alia cladem alijs inferunt, vt quæ cum singulis frugibus proueniunt, ceu lolium atq; auena tritico, atq; hordeo, & lenti Aparinæ, ac alia alijs, omnia autem idcirco interimunt, quia pabulum tollunt. Vtuntur demum nec animaduertentes 13. 3. tr. 5. sanguinis resolutiuis spiritus uentris solutione plurima ieiunio uehementi fame tristitia ingentiue dolore. Et cum hoc de constit. ar. med. 20. cauere

ab omnibus causis, quæ sanitatem corrumpere possunt uti frigore æstu labore indigestione ebrietate uigilia, tristitia, ira, talibus'ue quibuscunq; nequaq̃ quęritant. Maximum est autem ad cachochimiam, & egritudines indigestio frequens de euch. & cach. 11. siue in euchimis, siue in cachochimis cibus fiat. Manifestum uero quoniam multum deterius in cachochimis subtili humore acute egritudines generantur, cum male morigeratis febribus, in particulis Erisipela herpes calide'ue passiones, crasso humore podagre, nefreses, asma, hepatis, & splenis schirose dispositiones, melancholico cancri, lepre, pruritus, febres quartanę, melancolie nigræ, splenis tumor uarices, et emorrhoides Fagenica uocata ulcerum omnia male morigerata febres acute, et reuersiones, ut in tẽpus rursus incidant operantes. Ex Chrysippo igitur.

Quam falso accusant superos stulteq; queruntur
Mortales etenim nostrorum causa malorum
Ipsi nos sumus & sua quęq; insania ledit,

Atq; Homero

Mortale genus nos numina primum incusat
Causamq; putat fontemq; malorum,
Quæ ueniunt, sua sed pereunt ob facta nephanda.
Cum præter fatum sibi sponte incommoda quęrant.

Omnium itaq; malorum nostrorum causa peccatum est animi nostri intemperies, cui cœlum rebellant & reliqua, ut temperati etiam hominis harmonia in elementorum labatur intemperiem, humores insurgunt mali uel boni deordinentur, & segregentur adinuicem, uicissim uexantes, et torquentes corpus uehementi dissonantia, aut superfluitate diminutione intrinseco accidente aut superfluo maloq; uictu unde superflui ac praui gignantur humores cachochimia magnam habentes uirtutem de euc. & cach. ad egritudinum generationes. Eademq; ex causa morbi animales, & spiritus amisso freno in pugnam congrediuntur, tunc cœlum de se bonum & reliqua in nostram pernitiem redduntur noxia, quemadmodum Solis lux oculis

male dispositis, ideoq; sicut lippienti calamitas luci, incendium igni, uulnera ferro, uincula & carceres iudici imputari non debent, sed male dispositis ac male operantibus, ita nobis ipsis malorum omnium nostrorum causa nostra cum Deo & cœlo dissimilitudine imputandum ps. itaq;. 7. lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit, & sicut Turdella uiscum cacauit sibiq; pedicas parauit & mortem, conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendet, persequatur inimicus animam meam; & comprehendat & conculcet in terra uitam meam, Ps. 9. infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt in laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum comprehenduntur in consilijs quibus cogitant, Ps. 105. & irritauerunt eum in adinuentionibus suis, & multiplicata est in eis ruina, ut

Aeui nostri ignorantia. Alimenta'ue diuersa, Gula, Coitus, & Auaritia nosmetipsos necent. Cap. 15.



GNORANTIA *præsentis temporis Gal. tuen. san. 6. qui ueræ sanitatis ignorant dietam citius quam secundum rationem mori, ac contra concil. differentia. 113. diutius uiuere: hi magis decipi possunt de dinamidibus, qui doctrinam ignorant, qui quanto negligentiores fuerint eo magis periculi ingerunt. Psal. itaq; 10. Peccatores intenderunt arcum parauerunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rectos corde, quoniam quem perfecisti destruxerunt. Nosce te ipsum Delphico præcepto. Potens est homo suos dirigere, cum agnouerit semetipsum ex Laertio Gal. authore nam excellentis est sapientiæ hominem ipsius habere notitiam, ne ex dilectione quam habet in seipso fallatur, & bonum reputet se cum non sit. Plat. Alcibiade sapiens fias,*

& prudens, qui ignorat aberrat & male agit priuatim, ac publice, non'ne omni Reipub. omniq; imperio, & dominationi ubi uirtus deest contingit, ut male agat. Rarissimi etenim sunt, qui recte calleant an mensa eadem, cum lacte, ac piscibus acetosa conueniant vnum alterum corrumpentem, ac disponentem ad lepram, pisces quoq; & similia post laboriosum exercitium 2. 1. d. 2. 7. edendi nec sunt corrumpentur enim, & humores corrumpent, atq; uinum coagulare lac acetosum digestionem'ue corrumpere, eadem mensa carnes, ac pisces commedere, Raphanumq; uolatilium carnes subtiles ac resistentiæ paruæ polluere, triticum aqua, uel iure coctum post Orizam comedere obstruentium, acetum oleum unctuosa'ue æneo conseruare uase 3. 1. praua inficienda qualitate. Calidis ac siccis temperamentis cibum prohibere noxium Megatechni. 9. Alijs'ue protemperamenti differentia, complexioni ac adseruetur consimilia exhibenda san. tuen. ac art. med. 3. secretorumq; Arist. 6. calore'ue aucto calido oppositis utendum, uelut temperiei permutatione. Secundũ eundem autem modum de euch. & cach. 8. in omnibus cibis, & potibus non simpliciter uti singulo est melius, sed determinando naturas debentium uti. Decipimur itidem cibarijs subtilioribus facilis'ue concoctionis utentes digestiua aggrauata minus salute in delitiose uiuentibus conseruata facilius, quibus nec robusti neq; ualidiores laborum'ue supportatores reddimur fugaci ex his fumo, uel reportato humore, crassioribus autem utentes his opponuntur. Necessitate nec coacti, sed praua nostra uoluntate malę qualitatis cibaria, nec paucis uicibus, nec quantitate parua sumimus, eorum temperamento contraria corrigentia nec miscentes uelut fungis piper uinum'ue purum, recentibus piscibus allia, sicut cucumeri, & cucurbitæ, ac porri huiusmodi'ue. Cibariorum non attendimus uelocem a stomacho ac intestinis descensum, uiscositatem eorum'ue adherentiam competentem expectantium coctionem laxa constringentia dura ac tarda uelut carnis bubulę uetustæ panis aptopiri azimi è stomacho. 2. 1. D. 2. 1 1. sum. 1. difficulter

deſcendentis, biſcotti auellanæ caſei ueteris ſeu facile corrumpantur in ſe ſi poſtponatur & corrumpant reliqua digeſtione perinde corruptã uel diminutã impura corpora quantumcuuq; nutries magis ledes quoniam ſtomacus. 2. 1 0. malis redundat humoribus. Alimentorum quantitatem nec animaduertimus megat. 7. an ſtomacum aggrauet, exſtenſionem efficiat aut hypocundria tendantur rugitus ſequatur & Nauſea inſomnia pigrities ac cibi ſapor, ut inde. 1. 3. ſequenti die famelici ſomno loci temperati utatur prolixiori, quo cibariorum multitudini ſtudentes uel quantitati incarcerandæ ſtomaci plurium'ue corporis partium. 7. med. meth. innaſcantur morbi, ante ſenium extinguantur uel intempeſtiua fiat ſenectus, uelut ſeptentrionis habitatoribus, ſeu ualde immunda digeſtiua debilitata, ſi ea uincere ac coquere perfecte nequeat, cibi etenim ac potus abundantia (corporis licet nutrimentum conueniens, morborum tamen frigidorum uentoſitatum de ſimpt. cauſis. 2. cap. 3. cauſa exiſtit, frigidis humoribus indigeſtione genitis, nam med. ar. 3. com. 3 0. è bono cibo cum non digeritur malus gignitur chimus, è malo autem cum coquitur laudabilis, cibo enim ſuperfluo ac indigeſto debilitatur pulſus, paniſq; quam carnis maius eſt impedimentum. 3. 1. cap. 7. uulgari adagio omnis repletio mala panis autem peſſima. Pocula quis dein extra temperiem non capiet, in bilim, uel acetum uertibilia ſtomacho natantia coctionem conturbantia, & confundentia cibum fluctuare ac commoueri facientia calore naturali debilitato, uinum muſtum ſanguinem gignens uaporoſum feculentum & tenebroſum, acutum igneum craſſum dulce calce admixtum gipſeum pigmentatum quis deniq; uitat, uinum quoq; poſt cibum quis non potat, ex rebus impedientibus magis 3. 1. d. 2. cap. 7. quoniam digeritur ocius, & penetrat nondum'q; digeſtum penetrare facit cibarium, obſtructionum heredem facit ac putrefacit. Horum'ue qualitatem quis animaduertit an digeſtionis ſint facilis, boni alimenti, nec ſuperflui, facilis penetrationis, neq; craſſi, nec obſtructiui, neq; frigidi ualde, neq; cali-

di, ut panis recens. 3 . 1 . de regimine cibi et potus 4 . Alman. cap. 4 . ac 21 . Cont. bene fermentatus et coctus, pullorum carnes & auium non degentium aquis hedi uitulli annualis Agni iuuenis castrati perdicum fasi leporis oua uinum subtile Aromaticum potentia medium ex Montag. de Bal. pat. tr. 2 . Rubeum uel cereseolum. Multa diuersa'ue cibaria uaria & interse dissimilia eadem mensa infarcire simul'ue immittere . 3 . 1 . & adiungere nil quidem deterius, edendiq; tempore protracto peius, aquarum Item diuersitas 3 . 1 . D. 5 . cap. 7 . quam nutrientium ad egritudines magis perducit, nam dissimilia ex Hip. tumultuantur, & dissident inter se, quædam enim citius quędam concoquuntur tardius, in una die qui multis uicibus commedunt, uel cibaria aut Pocula erunt diuersa . 4 . 4 . 1 . stomacho accidet ut expellere desideret quod est in eo superius aut inferius, atq; 1 1 . 4 . 1 . cibus qui summitur ad uomendum sit diuersus, quoniam cum unus est quandoq; ipsum amplectitur uentriculus & in dimittendo cum fit auarus. Eccl. 37 . in multis enim escis erit infirmitas, propter crapulam Multi obierunt, qui autem abstinens est adyciet uitam, neq; minus Acty. 2 . ciborum uarietas tanquam omnino concoctioni rebellis uitanda est, præsertim si cibaria pocula'ue oppositas nanciscantur facultates quorum mixtione prouenit qualitas horribilis & uenenosa corpori, uarietate itaq; omni multifariam distrahente atq; fallente in qua alia alys contraria diuisione multiforumq; discursu perimus, Trifariamu'e impediunt, horum diuersitate Digestum admiscetur indigesto . 2 . plus quilibet ex sapidioribus maximeq; si solum unum caperet assumit, unde plus ingurgitent quam uirtus ferat quo peccato nullum deterius, nam ut Hipocritæ sunt omnium hominum scelestissimi, ita alimenta noxia magis quæ quandam proficiendi speciem habent nocentq;, existimant enim Hip. præcepto 2. 47 . parum deterior & delectabilior Ideo multum proficere posse, cum multis etiam cibis multus spiritus intrat . 3 . uentriculus laborat magis unde cibariorum diuersitas Acut. 3 . inquietudinem & ex-

Prin. efficit pediculos, antiquiores igitur laudat unico cibi genere carne sola mane, ac pane solo cena contentos atq; saturatos. Quis demum æui nostri prudentissimus cibaria medicinis non permisceat, crocus enim ac similia cibis permixtus cibum corrumpunt digestionem perturbant & egredi ante corporis nutrimentum megat. 13. impellunt. Animantes dein fruges uina ex altis odoriferisq; siquę male oleant Philos. probl. haud quanquam apta concoctioni sint, neq; ex Arnaldo eligunt regionibus quas uenti temperati serenent suauesq; solis radij foueant, ubi aquæ nullę stagnant, culta sterquilinio non pinguescant, immo e terra corrupta uulgoq; fetulentibus scobilijs, quę nec sentire odoratus permittit aut audet fructus olera sataq; cętera conficiunt, & diu nata incorrupta permanent, immo è longinquioribus asportatis ui maturis & extra naturam factis uescuntur libentius. Inordinata quoq; cibariorum assumptio, prandij principio coctana poma malagranata similia, dein ex Gal. de Sympt. cau. 6. lagana oleo & obsomagiro condita & 2. 1. doct. 2. cap. 7. subtile ocius'ue digestibile cibarium post durius uoretur natet neq; penetrans putrefiat & corrumpatur reliquum corrumpens, uel labile præponatur cum quo forte & durum imperfecte concoctum ad intestina peneret. Summunt utuntur'ue prætérea quę calorem naturalem minuunt ac debilitant ut quæ putridum in stomacho Phlegma generant senescere facientia spiritus ac uirtutem diminuentia cor naturalis caloris sedem à sua temperie calore uel frigore recedere facientia ut quę tactu infrigidant & digestionem corrumpunt, morbi omnes immunditia corporis Animi'ue accidentibus medio spirituum motu caloris naturalis intemperie sicut flamma cineribus compressa suffocati ira tristitia furore inuidia fetore aspectu malo solitudine mœrore tedio torpore curis superstitione & Reliquis nutricatu'ue exoriuntur neq; enim confidendum est ex alimentis quæ breui putrescunt, humorem nos comparaturos diuturnum & a putredine remotum, siquidem nos lateat animalium carnes Simpl. facul. 11. ex alimentis transmutari, neq; sperandum

facile

facile nos diu uicturos ubi terrę fructus incorrupti diu non conser-uantur, si plantæ praua aeris pestiferi qualitate pereant fructus, ac horum. 2. 1. de iudicijs dispositionum anni Hist. plant. Theophr. folia edentes, atq; armenta ubi rari admodum homiues sint longæui. Quantum uero sit in loco uictu'ue discrimen pomum declarat persi-cum cap. 14. in Persia quidem uenenum in Aegypto cordis amicum, & elleborus in Anticyra impune sumptus alibi uero uenenum, Tha-ro atq; hortulanum. 3. Rasis acutum ac prauum, in terra Hierusalem delectabile & sapidum, siliqua ibidem temperata alibi sine calore stringit, sola Iudea balsamum producit, India terras omnes hoc mira-culo sola uincit quod quæcunq; in ea arbos nascitur nunq̃ caret fo-lio sola piper ex Solin. & hebenum mittit in qua sola Psittacus Leu-crocota eale physethera Hippotamus Manticora boues unicornes & tricornes solidis vngulis, nec bifidis Monoceros atrocissimum monstrum, qui interimi quidem potest capi non potest, nec uiuus uenit in hominum potestatem, catacecaumene partis Ephesiæ prætoride, & deus te similis qua nulla in præter uitem arbor, sed uino præstantissima, ex Vitruuio ac Ply. catacecaumeniten ex hac origine denominate. Gallis itaq; in Phrygia aquam Fluuij, qui biberit insanit ex Vibio more Lunatico, Licesij Thracię bibentes ebrij fiunt. Huius et Tritone, qui se no-uies immerserit in auem conuertitur, Ganges quem Alex. post Ocea-num nauigare extimuit solus aduersus Orientem fluit. Lethe infe-rorum obliuij causa existit. Clanius apud aceras Campanię cum cre-nerit meditatur terrę pestem. Clitor Arcadię epotus uinum in odium ducit. Anaurus Thessaliæ sic denominatus quia ex se neq; auram, neq; nebulam emittit. Antiger Centaurorum cruore quos Hercules in-terfecit odore suo cum prius fuerit dulcissimus uenientes fugat. Apud Citones Fluuius, cuius liquor epotus precordia uertit in silicem & rebus alijs marmora inducit. Salmacis Cariæ, qui biberit mollescit & obscenus fit. Ampsancti Lucaniæ Halitus uolucres necat. Ham-mon Africę ortu solis & occasu incandescit reliquo tempore geli-

dus! est. Inatimana Lunæ lacus tenera ligna accendit ex quo qui bi- berit, aut in insaniam uertitur, aut in soporem. Gagates fluuius Siciliȩ diuinum quid in se habet, ignem enim in Laternis alit quem solo oleo licet extingui, siquis autem aquam & eius frustula biberit si carnis senserit maculas extemplo mingit, neq; cohibere urinam potest, at si uirgo non cogitur meiere. Clitorij arcadiæ fontis semel potus uini odium facit ex Ouid. Meth. 15.

Clitorio quicunq; sitim de fonte leuauit
Vina fugit,
Clitumni Meurnie umbriȩ ciuitatis fluuij

Vacca uel ouis post conceptum potans albos parit Ply. 12. Caleni agri aqua uini proprietatem habet qua homines inebriantur. Boristhenes Scythiȩ fluuius maximus pisces magnos alit nulla haben- tes ossa. Betus Assyriorum fluuius ubi primo compertum est uitrum ex Ply. ac ante omnia mirabili natura mutans alia quoq; ex Iosephi Iudaici belli. 2. in uitrum quȩ attigerit metalla. Persis solis insula ru- bens semper & omni animantium genere inaccessa quippe, quæ nul- lum non animal illatum necet. Italia lupos habet quod cum cȩteris similȩs non sint homo quem prius uiderit conticescit, & anticipatus obtutus nocentis, licet clamandi uotum habeat uocis non habet mini- sterium, spectatissimumq; illud est ex magis quod caudæ animalis lupi Villus amatorius inest perexiguus quem spontaneo damno abijcit cum capi metuat, nec habet potentiam, nisi uiuenti detrahatur. Diomedis insula sola Diomedeas aueis nutrit, nam hoc genus ali- tis prȩter quam ibi nusquam gentium est. Creta sola unicum edit lapidem Vtochiten fatu dignissimum impositas manus detinentem ita seiunctis corporibus adnectendum, ut cum ipsis hȩreat quibus tangi- tur lentiore uelut glutini nescio quid pari, uel gummi, cuius scrupu- li ostentatione frequenter usus fuit Democritus. Ebusus insula in Hy- berico cuniculos non habet ex Pomponio, & animalium quæ nocent adeo expers, ut ne ea quidem, quæ de agrestibus mitia sunt generet,

aut aduecta sustineat. Chimeram Lycię montem, nec leones, nec serpentes inhabitant. Sola candus uel cando prope Cretam insula ingentes asinos gignit & maximos. Bucardia lapillus bubulo cordi similis Babilone tantum nascitur. In Ida Cretę ex Var. de litoralibus ante solis ortum solem uident. Scribit igitur Hip. lib. de aeribus & locis & aquis ciuitatibus uersus arctum mores esse syluestriores q̃ mansuetiores, rursus de sequela potentiarum animæ. 8. Qui uersi sunt homines apud iram & hospitalitatem meliores hi qui circa boream dein Asiam multum differre animo ab Europa in naturis omnium quę ex terra prodeunt multo enim meliora & maiora fiunt in Asia omnia, & terra est mansuetior, & mores hominum mitiores, causa horum crassis temporum alias ipsorum horumq; crasim in caliditate frigiditate humiditate & siccitate permutare, & diuersam alteram ab altera esse eandem opinionem seruat de elementis, & de natura hominis reliquis'ue conscriptionibus, Eucratam regionem hominum mores facere eucratos, neq; à calido aduri eos, neq; ab ariditate, & inaquositate siccari, neq; à frigiditate gelari, Virilitas igitur & uix passibilitas & uigorositas, & irascibilitas non utiq; posset in huius natura fieri, dein non sunt audaciores Euripianis Asiani, neq; minus bellatores, sed mansuetiores secundum mores, & causæ sunt horæ maximæ non calefacientes, neq; uersus frigidum, sed mites. Postea inuenies autem & Asianos ita differentes ipsos à seipsis, & hos quidem meliores hos autem prauiores existentes causę mutationes horarum. Et quęcunq; quidem montanam terram habitant asperam altam, & inaquosam ad uirilitatem apta siluestritate participant & feralitate. Inuenies igitur ut plurimum ad naturam regionis sequi corpora hominum & mores; Rursus non solum mores complexionibus regionum assecutiuos, sed etiam apud artes hos quidem acutiores hos autem prudentiores fieri. Quis deniq; 9. non uidet corpus, & animam omnium qui sunt sub arcticis econtrario disposita his, qui sunt prope torridam zonam, aut quis non uidet eos, qui sunt in medio horum quicunq;

Eucratam regionem habitant meliores secundum opera, & mores animę, & prudentiam, & sapientiam illis hominibus. Neq; Platonicos illos existimandum est uera dicere, qui dicunt impediri in egritudinibus animam à corpore sano uero ente corpore ipsam suas operationes agere, cum dixerit in timeo Plato hunc quidem uniuersum ornatum, & ordinem Deus prius perornans nos inhabitare fecit eligens loca, & in quibus generatur Eucrasia horum uiri generantur prudentissimi ceu igitur, & Prelatiuus, & Philosophus ens Deus conuenientem, & debentem tales producere uiros locum eligens prius inhabitare fecit, quoniam igitur multum attribuit locis. i. habitationibus terræ ad mores animæ, & syneresim, & prudentiam ac legum. i. sed neq; nos lateat de locis ad generandum homines meliores & deteriores quidam quidem propter spiritus omnimodos, & solationes diuersi sunt, & dissimiles sibi, Alij uero propter aquam, Alij autem propter ipsum quod ex terra prodit nutrimentum, non solum corporibus melius, & peius se habent, sed anima non minus, quia possunt hic omnia efficere in hoc sermone spiritus euidentur. i. uentos, & soliationes eas. s. quę à Sole caliditates imprimere ait in potentijs animæ. Sed non putent aliqui propter spiritus quidem, & continentis aeris caliditatem, et frigiditatem non autem propter aquarum et cibi naturam meliores et deteriores anima homines posse fieri, et hic ipsa non per mediam crasim efficit in anima tam bona quam praua etenim hanc prudentiam et eruditio uirorum sequitur, quoniam cibus hos quidem potest sobriores hos autem prodigaliores operari et hos quidem continentiores, & audaciores, & timidos, & mansuetos, & mites et litigiosos & rixosos. Veniant itaq; ad me inquit Gal. ut discant quæ quidem cumedere ipsos oportet, quæ autem bibere, Ad moralem enim philosophiam iuuabuntur ualde, & cum hoc addent ad uirtutem secundum potentias rationales prudentiores, et memoratiui facti, cum cibis. n. et potibus uetitis eos docebo & continentibus ad crasim, Adhuc autem et regiones quas quidem eligere conuenit quas au-

tem fugere, quo. 3. 1. ille in quo maladigeruntur cibaria, seu nutrientia ab hoc non decipiatur, quoniam post dies mali in ipso generabuntur humores facientes egritudines, et pernecantes, Vnde Constantinus non gaudeant multo, seu malo cibo utentes, quoniam si in præsenti non dolent in posterum tamen periculum non euadent. Dein quis pro corporum differentia differenti rerum ratione utitur, cum densius corpus obtusissimum'ue ad sanguinis subtilitatem, rarius ac tenuissimum ad crassitiem omnibus remedijs declinare habeat, vbi media corporis habitudo uia similiter media tutius imus. Paucissimi item sunt qui pro temporum. 4. uarietate uario proprioq; utantur uictu, uere calefacientia multum & humectantia dimittantur nutriente subtiliato temperato utentes exercitio. Estate cibaria minuantur ac exercitium, umbra quiescant & loco morentur cooperto. Autumno siccantia dimittantur à coitu aquæq; multæ frigidæ potu continentes neq; frigido dormiant loco ab huiusq; temporis fructibus cauentes. Hieme laborent multum comedant copiosius cibaria fortiora summant ac solidiora neq; uescantur bliti, portulaca, scariola, endiuia. s. alba ab herbarijs tunc saltem in hominum Venetijs presertim neces enutrita, ubi IVLI Pater sanctissime tanta adest olerum ac fructuum uuarumq; recentium ac media hieme terra etiam niue geluq; tota cooperta lactucaq; etiam uulgo capucina ut quandoq; fuerim coactus dicere Venetias esse mundi Paradisum, cum hic rerum omnium quocunq; tempore abundatissima adsit copia, quæ forsan uisa sunt à sanctitate. V. ac melius nosce poterit, uel similibus, calor enim innatus regitiuus uehementer fortis fit quoniam a resolutione saluatur & constrictione coniungitur. 1. 15. uentres hieme & uere calidissimi sunt natura & reliqua, omnes preterea naturales uirtutes suas melius operationes perficiunt, carmine.

Tempore sub ueris modicæ prandere iuberis.
At calor estatis dapibus nocet immoderatis.
Autumni fructus tibi dant suspiria luctus.

Ad plenum summe uentrem sub tempore brumæ.

Quis'ue circa somnum & uigilias operatur recte, nam uentre dormire uacuo malum est ac uirtutem deijcit, sicut eo pleno antequam assumpta descendant, Non enim profundus erit immo cum reuolutione de latere in latus. die quoq; dormire malum est, gignit enim morbos humidos & reumatismos splenem efficit pigritiem abscessus & frequenter febres laxat neruos & colorem corrumpit ex Arnaldo.

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus
Febris pigrities capitis dolor atq; catarrus
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano
Somnum fuge meridianum

Demum quis prudentissimus licet, immo medicus excellentissimus cibariorum qualitates ex prin. 13. 3. tr. 3. cap. 2. mellis calorem cucurbitæ frigus superfluum, quantitates, complexionem, poculorum'ue condictiones modum sceptrum ac mensuram, quæ popularis artis non est ac negocij, animaduertit motum, uel quietem mansiones somnum uigilas'ue, cum somnus omnis digestionem iuuet, uerum. n. super sinistrum 13. 3. tr. 3. cap. 5. plurimi iuuamenti existit hepatis super ventriculum compressione, super dextrum autem causa est uelocis cibariorum descensus quoniam illud necesse fit uentriculi preparatione, non illico tamen post commestionem dormiendum & a motu forti quantum plus possibile abstinendum ne cibus ante coctionem penetret aut sine digestione labatur, aut corrumpatur inundatione, repletionem inanitionem desiderium appetitum'ue edendi potandi tempus et moram quo'ue tempore copiosius ut supra, ex Philos. sec. ad Alex. si quis cibum sumpserit absq; corporis necessitate. i. edendi uoluntate inueniet calorem naturalem ueluti gelidum desiderio præsente sicut ignem accensum, Nec omnes qui sanitatem habere cupiunt aliquid comedant nisi desiderium fuerit certum subtili ad os defluente saliua stomacus & intestina. 1. 3. a primo nutriente fuerint euacuata, quod enim in corpore deterius existit est nutriens super nutriens quod non est digestum mitte-

re , primum enim corrumpitur ratione . 2 . cuius corruptione mixtionis ratione corrumpetur secundus, qui .n. cibum sumit priore in stomacho existente sanitatis priuilegio ex Neotericis non gaudebit diutius. Ideo ex Marsilio famem si commode fieri potest cibum , sitim potus expectet , auditus utriusq; supersit mensæ , fastidium & saturitas procul absint . 2 . 4 . non plenitudo non indigentia neq; aliud quodcunq; magis natura fuerit nihil bonum , omne nimium inimicum naturæ . 1 . 4 . Resumptiones in ultimo existentes difficiles , ex Hier. uentrem pinguem & obesum non gignere sensum tenuem , nihil enim sic stomacho ne dicam corpori aduersum nihil ipsum ita eneruat & spiritus nobiliores obruit atq; ultra mensuram ingestus cibus aut potus, unde Hip . labores cibi potus somnus uenus omnia moderata , quo fastidio prauorum nutrientium proprie nil deterius , ex crassis hereditantur iuncturarum & renum dolores disnia lienis & epatis crassitis pituitosi ac atrę bilis morbi , ex subtilibus acutę erraticæ ac malignę febres praui abscessus contingent & acuti. Cibarijs itaq; uel poculis nullus ita replendus est . 7 . 3 . 1 . Do . 2 . ne sit ibi locus superfluus reliquijs desiderij adhuc in anima remanentibus, Ne enim famis reliquiæ post horam unam destruentur . Quoniam deterior commestio est quę stomaci facit grauitatem, & potus deterior qui temperatum egreditur & stomacho natat , & deniq; Do. 4 . 3 . repletione uelocius incurrunt morbos , uel qualitate naturali quia cito corruptibile sicut lac recens mulsum persica, mellones, & supra reliqua , hinc turpis ex Sidonio .

Quod pulcher otho post quina uitelli
Milia famosi uentris damnata barathro
Mihi fœda uitelli
Intulit ingluuies uentres .

Vnde Aristippus Cyrenęus canis regius ex Diogene qui summum bonum in uoluptate locauit, quo domitius afer cibi prętermodum accepti superfluitate cena perijt , Ideo athenienses Gnosippi liberos uo

racitate infami ne cum eo uescerentur interdicunt, Andebutetus anglorum Rex conuiuio quodam cibi tantum deglutit ut suffocatus repente animam efflauerit, ac deniq; ingluuie turpi periere multi. Crapula enim assumptorumq; superfluitate uini potissimum fit paralysis podagra, chiragra & morborum plures, in tanta subblandientis gullę lasciuia, & in interitum uergentis naturæ fragilitate, ut silentio conterantur lancinantes hinc inde incommodorum turbines, atq; non maria terræq; tentantur quid'ue Peregrini gustus non inuehitur adulterinoq; gustu uentrem irritata gula implere paulopost escam uermibus futurum], Nutriens etenim multum ac superfluum in stomaco licet digeratur raro tamen coquitur in uenis, immo crudus has extendit & scindit, quandoq; pigritiem & laborem gignit alices & oscitiones, inimici enim crucis Christi ex Apostolo ad Titum quorum Deus uenter est, quiq; his quę dicere nephas est lętantur & glorientur, nulla enim Heresis nisi per gulam uentremq; constituitur, ut mulierculas oneratas peccatis seducat, unde Lucæ. 21. omnia munda mundis seruata moderatione euangelica ut non grauentur corda nostra in crapula & ebrietate ac huius uitæ curis, & eo usq; proteruitas hominum quandoq; processit eoq; licentię crapulæ libido, ut uix auditu ferenda confixerit, unde in prandium, & cenam leges cap. 13. ferre oportuerit ne ultra statam estimationem conuinci onerarentur potius q̃ ornarentur, quantum autem nocuerit quotidiana ingurgitatio ac ligurilio satis indicant repentinæ neces & ante demensum finem sollicitate parcarum telæ, cum qui uitæ longiori erant destinati intemperantia ac temulentia repente perierint. Coitus ultra cap. 7. præscripta, subito exhaurit spiritus, cerebrum debilitat maxime, ideo almeon sperma cerebri esse partem quandam credidit, reuma acuit oculos fortius ledit ac uisum spiritum & crystallinum oculi corrumpens humoremq; dissoluens, digestionem impedit, labefactat stomachum si sit ex rebus ei magis noxijs. 36. tr. 1. & dimissio eius sit ex rebus magis conferentibus ei, atq; præcordia. 133. cap. rerum stomacho

macho nocentium facta spirituum euacuatione uentriculi sequente infrigidatione spirituum ac puri sanguinis deperditione totam corporis connexionem commouet concutit & calefacit, Ideo humores mouet neruos laxat atq; corrumpit, unde pueri non podagrizant quia non coeunt nec eunuchi et uiuunt diuitius præcisso neruo quo semen exit, sacro morbo comparatus ex epicuro animę & corporis diuulsio mentem quę sacra est si percutiat, tantumq; obest ex Princ. de animal. si spermatis quid supra quam natura toleret coitu profluat quam si quadragegies sanguinis tantundem manarit, unde corpus corrumpit eiusq; uires destruit ac senium adducit ocius, ut herbę statim producto semine siccentur, Ideo Hipponi ex medullis perfluere semen uidetur idq; eo probari quòd post emisionem pecudum si quis mares perimat medullas ut pote exhaustas reperiat, propterea ex Plat. quoq; spinalis medullæ effluxio, proinde non natis sed nascituris tantum consulit, nam sperma fit ex sanguine bono bene ac complete decocto, ex medicis humiditate nuper coagulata ad transeundum iam de prope in membra habili quanto superfluum & in capillos quali, Quo exeunte aufertur naturale membri alimentum decoloratur & totum debilitatur corpus, coitu enim. 20. 3. euacuatur superfluitas ultimi alimenti utilis, substantia & democrito ab omnibus membris deriuata, a toto ex stoicis corpore, cum sit ex spermate esse membrorum animal. 14. quoniam est aptum ad hoc nec est res diuisa ab omni membro. Homo uerumenim sicut canes & porci natura animal. s. omni tempore coit, idoneum'ue ante tempus luxuriatur, ut inde sicut porcus paruos efficiat ac debiles filios, multi'ue coitus. 9. cito senescant, solisq; uoluptatibus inseruientes nimirum uecordes, & ad quoduis aliud redduntur inutiles, Ideo eth. 2. cap. 9. in omnibus maxime cauendum est a uoluptate, quod igitur seniores populi passi sunt erga helenam hoc pati nos conuenit erga uoluptatem, de rebus autem maxime debilitantibus membra est coitus, qui licet uirtutes omnes corporis compaginem dissipans deijciat uentriculo nihilominus ce

rebro ac reliquis exanguibus membris ex Montag. consil. 130. cap. 1. maxime noxius existit. Noxia itaq; uenus uoluptate spirituum esca quadam ad externa alliciente spiritumq; effectu uenereo dissipante sicut flammam uentis difflatam extinguit una paulatim latenti quadam quasi fistula homines exhaurit, aliudq; suis liquoribus implens atq; procreans surripit. Ergo iuuentutem pulchritudinem robur Vitam atq; sensum meretrix fucis & ornatibus expolita non uno quouis contenta uiro, ut aiant oliuam sua puritate à meretrice plantatam uel infructuosam perpetuo manere uel omnino arescere, uulgum amat speciei passim potius quam indiuiduo suffragatur, ex toto inquam corpore per totius uoluptatem ut efficiat inde totum, neq; tactu tantum hominem præcipitat sed etiam gustu fallit quotidie perditq; deceptos uelut hamo captos, clam miseri uitam perditis ab insidiosa uenere, ut amica palam erraticorum sola clam inimica uenit. Multiplices huius subdolæ insidias blandas pollicitationes tanquam lætales syrenum auribus obstructis fugite cantus, quo circes huius beneficia deuitetis, ne animal. 7. qui ab ortus die coire dicuntur dicamur hirci. coitu enim inaudita Romanorum portenta suæ adeo libidini ac uoluptati parentes tantam sibi contraxere infamiam & maculam suis passim stupris incestibus adulteriys meretriciysq; amoribus, Mitiore aliquanto fronte tollerandam, Ni plurima essent sodaticam lasciuiam spurcosq; amasiorum concubitus ubiq; olentia, ut lege ulla lata uel saltem obseruata obscenitatem huiusmodi comprimerent, marci Antoniy incestum cum faustina sorore, caracalle cum Iulia neuerca, caligulæ cum sororibus, Neronis cum matre, posticam Adriani cum Antinoo libidinem, obscenaq; plurima Adulteriy stupri incestus & reliqua luxus impurgabilia flagitia conniuenter ab illis dissimulata & aure pretermissa surda quis deniq; puniuit, ut existimandum sit iysdem omnes scatere ulceribus eadem'ue lepra infectos, propterea non audebant libere ea obiurgare aut punire quę cum ceteris perpetrarant, sed pęnas sane licet lentas dedere, nam ut alios taceam ex omnibus fere impe-

ratoribus uix unum aut alterum reperias qui misero uitę exitu non euomuerit animam. Nec tamen propterea nos resipiscimus quin semper uoluptati inseruiamus & agamus epicuros, uenus igitur ut cunq; habito homine uentrem ex Philos. refrigerat & exsiccat, concubitu enim calor excernitur & additur siccitas euaporatione, uenereorum'ue nullus usus ex epicuro salubris. Vt frequenti ac nimio utentibus coitu superciliorumq; cadant pili uel albescant humidi consumptione uirtutis defectu ac frigiditatis cerebri incremento, camelle etenim fœminę à massagetis ad bella paratissime coitionis desiderio castratione quadam priuatæ ex soli. cap. 50. putantur enim fieri ualidiores si a coitibus arceantur, Camelli uero genituræ cupidine efferuntur adeo, ut sæuiant cum uenerem requirunt tantoq; potu implentur quantum & satient desideria lutulentas aquas captant puras refugiunt deniq; nisi cænosior liquor fuerit ipsi assidua conculcatine limum excitant ut turbetur. sepe'q; insti. 4. rub. de actionibus onerati ere alieno pecuniarum creditorum quas in luxuriem consumebant uitæ patrum insidiabantur. ex Gal. de spermate animalia superflui coitur breuioris uitæ sunt quam raro coeuntia. Lamiæ itaq; Coitus apportat imaginem capite uirgineo facie muliebri ac humana blandiens hominem apprehendit capitq; ac secum usq; ad defectum coire compellit., corpore beluino insaciata libidine morsibus hominem dilaniat manducat ac discerpit, spermatis'q; excreatione par. usu. 14. corripit nos uelut spasmus, & sicut sata sua luxurie nimium in herbas excrescentia, ex Vergilio in Georgicis.

Luxuriem segetum tenera depascit in herba

Alimento priuamur atq; strangulamur auaritiæ. 3. Monstrum.

Ex crinito
Ecce horrenda oculis heu facies meis
Raptim fumifico desiliens specu
Immane monstrum constitit
Cui sunt & manus & pectus Ahenea

Et diris colubris implicitum caput
Frons humana tantum lurida buxeo
Pallore & maculis squallida liuidis
Monstrabat insitam famem
Tanta lues foret
Quę sic tabificis noxia sordibus
Vrbes & agros inficit
Prodigij scelus
Monstrum qui misera solliciti fame
Nil pręter aurum cogitant.

Prætermissis centum Hydrę capitibus uenenosoq; Pythone una nece una necantem, pollincturę. i. cenæ mortui ex Aristonymo comparatæ ubi cum adsint cætera lętitia deest, fugiendum magis ex Tyaneo apud Philostratum quam luxurię aut aliud crimen, quod ex ea cętera dependeant, ex Timone duo malorum principia Auaritia & ambitio omnis uitij originem & matrem, ex Bione publioq; Syro tam deest auaro quod habet quàm quod non habet, desunt luxuriæ multa, auaritiæ omnia, atq; Diphilo nisi lucrum nimis placeret nemo quidem improbus foret, Theopompo qui multas possidet fortunas ac cum tristitia degit is omnium mihi uidetur & presentium & futurorum infelicissimus, unde M. Curius malo inquit hęc fictilibus meis comesse & aurum habentibus imperare.

Dioclecianus relicto sponte imperio proprijs consenuit agris.

Lotharius Imperator Gallorum Rex Imperio se abdicat ultro, sicut Maximianus, Theodosius Adramytenus, Michael curoplates, Manuel, Ioannes Cantacuzenus, Placidia Valentiniani Rauennæ, Amurathes Turcha, Petrus Anglię Rex, Rachis Longobardorum, Hibernię Forseus. In tygris Alueo Babythace oppidi incolę mortalium soli auro odium indixere. quo Virg. in Pigmalionem tyri Regem.

Ille sicheum
Impius ante aras atq; auri cecus amore

Clam ferro incautum superat
Idem
Fas omne abrumpit Polidorum obtruncat & auro
Vi potitur
Heu fuge crudeles terras fuge littus auarum
ac. 3. Propertius
Et scelus accepto thracis polymnestoris auro
Horatius sermonum. 1.
Vuidius quidam non longa est fabula diues
Vt metiretur nummos ita sordidus ut se
Nonnunquam melius seruo uestiret adusq;
Suppremum tempus ne se penuria uictus
Opprimeret metuebat at hunc liberta securi
Diuisit medium fortissima tyndaridarum
Idem
Fusidius uappę famam timet ac nebuloniis
Diues agris diues positis in fœnore nummis
Quinas hic capiti mercedes exigit atq;
Quanto perditior quisq; est tanto acrius urget
Stroza pater
Scaurus habet uillas urbana palatia nummos
Pinguiaq; innumeris predia bobus arat
Huic tamen assidue maior succrescit habendi
Nunquam diuitiis exsaciata fames,
Ditior est igitur patrio contentus agello
Qui uiuit nullo fœnore Fabritius.
Claudianus in Ruffinum
Plenus sęuitię lucriq; cupidine feruens
Non tartessiacis illum saciaret arenis
Tempestas preciosa tagi non stagna rubentis
Aurea pactoli totumq; exhauserit hermum

Ardebit maiore siti.

Quid enim interest utrum ex homine siquis conuertatur in belluam ex Cic. an hominis figura beluæ immanitatem gerat Gryphibus comparati, qui iugiter leguntur aurum effodere, cuius gaudeant aspectu, At quia ijs deest lucri ambitus cupiditatis crimine non dicuntur accendi, Igitur quisq; non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat tanto locupletior est, & ex Xenophonte Socratico nihil egere est Deorum; quam minimo autem proximum dijs. Diues fiet itaq; ex Plat. Non cumulans pecuniam uerumenim cupiditatem minuens, quare nunq̃ is liber ab inopia erit, qui nullum constituens cupiditati modum continuo diuitiarum exagitatur ardore. q̃ multa & q̃ uaria scripta sint à ueteribus contra auaritiam palam est cum omnes prope authores magnis quidem conuitijs insectationibusq; tantum scelus execrati sint. Miseram remp. ex Auidio Cassio atq; infelicem, quæ nimis diuites diuitiarum cupidos patitur, bellua fera ex Salustio immanis in tolleranda est auaritia, quo incendit oppida agros phana atq; domos uastatur, diuina cum humanis permiscet, neq; exercitus, neq; mœnia obstant quominus ui sua penetret, Fama pudicitia liberis patria atq; parentibus cunctos mortales spoliat, unde nobilis ac illa uehemens execratio, si essent inferi, auaritię cuniculi eos refodissent, uitium pręter cętera omnia uitiosissimum, ut nil sit tam sanctum tam integrum tam solemne quod non uiolare soleat auaritia. Ex Firmiano nemo melior, nemo iustior cumulandis opibus fieri potest, Auaritia omnium uitiorum structrix ac inuentrix non sine maiestatis diuinæ iniuria, ut pleraq; eorum quæ homines iniuste faciunt Polit. 2. per ambitionem & auaritiam committuntur, Nam ex Apostolo ad Titum. 1. 4. usq; ad mortem Domini amor lucri se ingerit, nec uitæ Saluatoris quæstus desiderium parcit, unde Matthæi. 26. quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam. Ex Plat. legibus diuites autem ualde simulq; probos esse impossibile, fieri uero non potest, ut diuitijs aliquis simul præstet, & probitate, & ualde diuites bonos uiros

non esse, Quare pecuniarum cura ultimum honoris teneatur locum Quippe cum tria sint omnia in quibus homines studium ponunt ultimum ac tertium est si recte habeatur pecuniæ studium. Medium corporis. Animi primum. Ipseq; profecto diuitiæ nequaq̃ sunt id quod quęrimus, bonum existunt enim alterius gratia utiles, ideo eth. 1.1. pecunijs intendens uiolentus quidem est. Vnde si uitalis caloris humore deficiente resolutione, uel excedente, seu putrescente inquinato'ue suffocatione bifariam pereat homo, Naturalem humorem uelocius exiccant sanguinis fluxus ulterior uiolenta uentris solutio, profusus sudor, Coitus ad debilitatem factus, sitis anhela fames crucians, uigilia longa, calidarum rerum atq; siccarum aeris'ue continentis usus laboriosus animi corporisq; motus anxietas, ira, dolor, ebrietas frequens tum nimio calore siccans crudo'ue humore suffocans quo ex princ. Gal. sequente digestio uitę radix ea nanq; materia nutrimenti pręparata subministratur huiusq; & aliarum naturalium uirtutum perfectione uita protrahitur longius, ut Arist. probl. aliqua germinent non terra contenta, sed abscisa caulsa, uel recondita, uelut liliorum caules allia, & cepe eo ꝙ alimentum intra se continent, crescere autem unumquodq; potest non alimento in se contento, sed decocto iam & digesto illiusq; pabulo, continent igitur, uel antehac præfata alimentum, sed augeri duntaxat incipiunt cum tempus ad id adest, cuius opera res illa effici potest, uelut etiam crocodilorum oua tempus tute operiri sibi commodum nouimus incrementum tamen continuari non licet, quoniam aliud non suppetat alimentum. Seculi itaq; tristitia epistola. 2. ad Corinth. cap. 7. Mortem operatur, pericula enim fluminum. 1 1. Latronum gentium ciuitatum longitudinis maris prauorum fratrum famis sitis ieiunij frigoris nuditatis ac exteriora Halyab 1. necubi oportet delectationibus diuitijs, aut ludo occupari, nec plurimum sumere uinum cerebro nocens, ac mentem corrumpens. Malus enim ex timeo sponte nullus fit, sed propter prauum habitum corporis, & ineruditos cibos malus fit cuilibet autem sunt hęc inimica,

& omnia quæcunq; de sequela potentiarum animæ delectatione, & intemperantia improperantur. Venereorum itaq;. 2. & singulum eorum, quę comeduntur & bibuntur concupiscibili à Plat. appetitum boni nequaq; habere potenti, neq; rationali Venereorum, ciborum uel potuum sunt attributa animę. Vt per cibos & potus. 1. adhuc autem per ea quæ quotidie geruntur, Eucrasiam operemur corporis. Iter autem agentes in Sole calido, aut aliter quocunq; modo nimium exercitati, uel exusti uigilia sollicitudine uenereis cibis medicina exiccante furore superioribus'ue de tabe tr. 2. cap. 2. exiccati efficimur, ac Tabidi. Ad Colossenses ideo. 3. fornicatione immunditia libidine concupiscentia mala & auaritia uenit ira Dei cecidit corona nostra ex Hieremia, uel quia peccauimus, Mortales igitur honoribus delitijs cumulandis'ue pecunijs perpetuo mancipati uitæ tum ualidæ tum longe potius, aut soli Deo potissimum seruiant.

Annos ac menses quo modo intellexere antiqui. Cap. 16.



OSES diuinus maximusq; propheta Hebręorum legislator omni Caldeorum, & Aegyptiorum scientia eruditus atq; Historicus celeberrimus, qui Troianum bellum. 700. fere annis antecessit Genesis. 1. dixit Deus fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ex noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos, ut luceant in firmamento cœli & illuminent terram, & factum est ita fecitq; Deus duo lumina magna luminare maius ut præesset diei. Et luminare minus, ut præesset nocti & stellas ut diuiderent lucem & tenebras. Cœlestium enim corporum duæ in uniuersum manifestę operationes motus & illuminatio, Motus duplex statuitur alter mundi totius quo cœlum & Aeter. 24. horis, præter noni orbis ac octaui motus per totum spatium vniuersi perfecto ambitu circonuoluuntur,

Alter

Alter ſyderum proprius multiplex & uarius, inter quos principalis ſolis motus ex Cic. quod obſcuratis ſyderibus ſolus appareat, qui.12. menſium ſpatio zodiaci ſigna omnia circuit. Ille diem facit unde & diurnus dicitur, Hic autem annum, reliqui ſyderum motus uariis temporum interuallis peraguntur. Phegeus pro Deo habitus phoronei. 2. Regis Argiuorum, ſeu Græcorum frater anno mundi, 3434. ante Chriſtum. 1766. docebat menſes & annos obſeruari. Sarraceni ſeu Paleſtini Gal. com. 1. 1. vulg. morb. utuntur annis lunaribus, quorum quilibet continet. 12. lunationes æquales hoc eſt, 354. dies ſaluo biſextili, Nam in 30. annis habent. 11. biſextiles, quorum quilibet habet. 355. dies, & tunc reddit ſicut à principio, Nam lunatio præciſa. 30. annos habens lunares reducit medias lunationes ad conſimile temporis initium. Pleriq; annum diuidunt Hip. uict. rat. 3. in quattuor partes, hiems à Virgiliarum occaſu uſq; ad uernum æquinoctium, à quo ad Vergiliarum exortum ver, à quibus ad arcturi ortum æſtas, à quo ad Vergiliarum occaſum autumnus. Gal. hoc idem authore Hip. 14. 3. innuit. Solon antiquiſſimus Aſclepiadis genere apud Plutarchum cum animaduertiſſet diſproportionem menſium, & commutationem uarietatemq; lunæ, & cætera uſq; ad 30. diem menſem finiret conſtituit. Eccleſiaſtes. 33. quare dies diem ſuperat, & item lux lucem, & annus annum à Sole ad Solem, à Domini ſapientia ſeparati ſunt facto ſole, & præceptum cuſtodiente per Dei ſapientiam diuiduntur, & immutauit tempora & dies feſtos ipſorum.

Sapientiæ. 7. in uentre matris meæ figuratus ſum caro. 10. menſium tempore coagulatus in ſanguine ex ſemine hominis primam uocem ſimilem omnibus emiſi plorans, Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium, Vnus ergo introitus eſt omnibus ad uitam & ſimilis exitus, quo datus eſt mihi ſenſus, & uenit in me ſpiritus ſapientiæ qua ſciuntur diſpoſitiones temporum anni curſus & reliqua abſconſa, & improuiſa bonorum omnium artifex & mater. Manifeſtum eſt itaq; palam annum primæuo, ac antiquiſſimo tempore

fuisse. 12. mensium, Salomon ætatis suæ 12. filium suscepit, credibi-le annos, aut nostris pares, aut non multo minores. Ex Aug. 12. de Ci. Dei, Nullo modo audiendi sunt, qui dicunt tantæ breuitatis fuisse annos, quod decem de illis faciant unum de nostris, atq; non-gentos tantum nonaginta. Nam ex ipsomet Plin. adhuc sunt gentes, quę annis. 200. uiuunt. Et centum & uiginti natos annos Parmę tres edidere cap. 49. 7. naturalis hist. Brixelli unum. 125. Parmæ duos 130. Placentię unum. 131. Fauentię unam mulierem. 132. Bononiæ. L. Terentium Marci filium Arimini uero M. Apponium. 150. Ter-tulam. 137. citra Placentiam Collium oppido uelliacio in quo. 110. natos annos sex detulere, quattuor. 120. unum. 150. M. Mutius Mar-ci filius Galerius fœlix, ac ne pluribus moremur in Re confessa in Regione Italiæ octaua centenum annorum censi sunt homines quin-quaginta quattuor, Centenum denum quinquaginta septem, centenum uicenum quinum, aut septenum homines duo, centenum tricenum homines quattuor, centenum tricenum quinum, aut septenum homines quattuor, centenum quadragenum homines tres. Idem tamen Plin. paulo post ait cap. 52. ut tamen in septenum & quinquagesimum atq; centesimum uitæ duraret annum, nec rationabile aut credibile est Plin. hos fuisse menses tertiam quartam, uel mediam anni nostri par-tem existimasse. Numa. 11. Romanorum Rex ex Clemente Mosis præcepta ac Ritus magna ex parte seruans Ianum geminum dedicat ex Plin. qui pacis belliq; argumento in urbe coleretur effigie digitis ita compositis, ut adnotatione. 365. dierum per significationem anni atq; temporis Deum se designaret de quo simulachro Prætestatus in cœnis Macrobianis disputat cum Ianum ipsum pro Sole accipiendum esse copiosius exequatur. Gal. enim. 9. 3. pronost. nomen mensis apud antiquos medicos, & apud ciues nostri temporis cadit super tempus quod est inter coniunctionem Solis & Lunę ex Hipparcho, & eius libro super terminum & tempus anni. Cœterum com. 1. 1. commu-nium morb. Hip. non sunt pro Lunæ ratione menses subducendi quod

multis iam Græciæ ciuitatibus est solemne, sed pro ratione solis apud omnes urbes antiquiores & nationes complures numerantur. Et Romani uniuersum annum in menses. 12. dispartiunt, quorum est unus duo de triginta dierum, primus post solstitium quem totus faciunt anni primum unum supra triginta assumit, itidem tertius post solstitium: Nam & hic. 31. dierum est, quartus. 30. diebus constat, quintus præter triginta continet unum, sextus. 30. dies habet, qui sextum sequuntur duo. 31. dierum sunt: qui hos excipit. 30. dierum est, huic proximus. 31. triginta est dierum undecimus; duodecimus unius supra. 30. quod si cunctorum mensium dies in summam subducas omnes sunt quinq; supra. 360. & anno quarto tertium mensem. 32. dierum faciunt ut singuli communes tres continui. 365. & quarta atq; . 366. sint dierum prætereq; quadrantis bisextiles anni, Solis itaq; annum constare ex diebus. 365. & diei parte circiter quarta ueteres in Grecia ciuitates ex cens. statuerunt. Annusq; uertens natura est dum sol percurrens. 12. signa eodem unde profectus est, redit. Hoc tempus quot dierum esset ad certum nondum Astrologi reperire potuerunt. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit. 364. & dimidiatum. Aphrodius. 365 & dierum. 2. & . 20. partem. Arpalus. 365. & horas æquinoctiales. 13. Ennius. 366. Pleriq; præterea incomprehensibilem quidem, & inenumerabilem esse existimauerunt, sed pro uero quod proximum putabant amplexi sunt dies. s. 365. Igitur cum tanta inter uiros doctissimos fuerit dissensio, quid mirum si anni ciuiles quos diuersæ ciuitates rudes etiam tum sibiypsis queq; statuebant, & tam inter se discrepent quam cum illo naturali non congruant, ut in Aegypto antiquissimus annus ciuilis bimestris fuerit, postea à Pisone rege quadrimestris factus, Nouissime annum ad. 13. menses & dies. 5. produxisse. In Achaia Arcades trimestrem annum ciuilem quidem habuisse. Vel ex horo uer æstatem autumnum hiememue quattuor anni circuitus, aut tempora singula annum institutum ciuilem. Cares autem & Acarnanes semestrem habuerunt. In Italia

apud Lauinios. 13. quorum annus. 374. diebus ferebatur. Romani initio ex Licinio macro, & Fenestella postea. 22. mensium uertentem habuere ac ciuilem annum, dein ex Iunio Graco Fuluio Var. Suetonio ac aliis uelut Albanorum, unde ortum habuere annum. 10. mensibus computabant à Martio auspicantes maxime quis hunc mensem principem testantur fuisse, & qui ab hoc quintus erat, deinde numero decurrente December solemnem circuitum finiebat intra diem 304. tunc n. ille numerus explebat annum ita ut sex menses tricenum dierum essent, quatuor reliqui tricennis & singulis explicarent. Eademq; ratione alij a nouo sole. i. brumali, ab estiuo solstitio pleriq;, ab equinoctio uerno partim, ab autunnali quidam, à Vergiliarum ortu nonnulli, ab earum occasu multi à canis exortu naturalem annum incipere crediderе. Annos quidem inter se dissimiles in eadem prouincia in eadem ciuitate quibus alternis dies augescerent aut senescerent (omissis autem annis his caligine iam profunde uetustatis obductis in his quoq; memoria recentioribus quanta sit uarietas facile est cognoscere si quis uel in unius Italię gentibus ne dicam peregrinis uelit inquirere, nam alium Ferentini, alium Lauinij item albani uel Romani habuerunt annum. Itaq; & aliæ gentes. Omnibus tamen fuit propositum suos ciuiles annos uariæ intercalandis mensibus ad unum uerum illum naturalemq; corrigere. Propterea a Numa ex Fuluio, aut à Tarquinio ex iunio. 12. facti sunt menses, cum uero annus essent temere clausus quando quidem appareret solis meatum non ante. 365. diem zodiacum conficere decursum, ut ciuilis annus ad naturalem exequaretur in mense potissimum Februario interminalia & regifugium intercalatum est. idq; diu factum priusquam sentiretur annos ciuiles aliquanto naturalibus esse maiores. Quod delictum ut corrigeretur Pontificibus datum est negocium eorumq; arbitrio intercalandi ratio permissa, uitiose autem deprauantibus C. Cesar Pontifex maximus suo. iij. & M. Emilij lepidi consulatu prouidit ne in futurum iterum erraretur, annum ciuilem ad solis cursum formauit,

& pro quadrante diei qui annum uerum suppleturus uidebatur cum tunc zodiacum totum solem percurisse crederetur, ut ad liquidum annus.365. diebus & quadrante constaret, hortante obseruatione imparis numeri, quem Pyth. monuit preponi in omnibus oportere, unde propter Dies impareis dijs superis et Ianuarius dicatur, & propter pares Februarius quasi abbominosus dijs inferis deputatur, dumq; haec ita anni definitio toti orbi placuisset. Velut electionem V. Pater S. Christiana omnis Respub. eiusdem nominis adeo comprobarit, instituit itaq; Iulius ut peracto quadriennij circuitu dies vnus ubi mensis quondam solebat post terminalia intercalaretur, quod nunc bisextum uocatur. ex hoc anno ita a Iul. ordinato caeteri ad nostram memoriam consurgunt soli ad annum nature aptati nam & priores alij etiam qui.10.menses fuerunt nec Romae modo uel per italiam sed & apud gentes omnes quam tum ijdem postea fuere correcti. Augustus postmodum ita principatum ingressus est ut uigilantia illius non modo securum uerum etiam tutum imperium esset quod tempus ferme solum repertum est quo plurimum & arma cessarunt & ingenia floruerunt. s. ne inerti iustitia languesceret uirtutis opere bellis quiescentibus, tunc etiam cursus anni perpetuaq; ratio que a rerum origine profunda caligine tegebatur; nam ante Augustum Incerto modo annum etiam externi presertim computabant. Veluti igitur anni, ita quoq; mensium duo genera, ciuiles menses sunt numeri quidam dierum quos unaqueq; ciuitas suo instituto obseruat sicut erant ciuiles anni uarijs locis diuersi, celestes seu naturales menses bifariam. Solis dum sol unumquodq; in zodiaco orbe signum percurrit. Lunarius temporis spacium a noua luna, licet nec pereque inter se pares sint, nec dies habeant totos quippe cum in aquario moretur circiter unde triginta, in piscibus fere 30. in ariete. 33. in geminis prope. 32. Et sic in caeteris, uelut luna inequaliter, sed usq; adeo non totos dies in singulis, ut annum suum dies 365. & portionem nescio quam astrologis nunc quippe exploratam

in. 12. suos diuidat menses. Vnde naturales anni ac menses antiquiores ciuilibus, & omnium gentium communes sunt. Ciuiles uero & uoluntarij, & posterius instituti ad unamquanq; pertinent ciuitatem. Ciuilem tamen Romanorum annum Diuus Iulius, & Diuus Augustus ita correxere, sicut Te diuinissimum IVLium. III. annum menses sanctam ecclesiam atq; catholicam fidem orbemq; totum correcturum speramus, ut etiam menses, uel cum ueris illis solaribus, etsi non singuli tamen uniuersi ad anni finem necessario concurrerent, Augusti igitur suprema quasi lugeret seculum penuria in secuta est frugum omnium cuius tempore fausta quædam ex plebe partu uno edidit. 4. geminos mares duos fæminas totidem mostrosa fęcunditate portendens future calamitatis indicium. Cum de aliquo itaq; annorum numero hic dicetur non alios par erit quam naturales accipere & si origo mundi in hominum notitiam uenisset inde exordium sumeremus. Cœlesti uerumenimuero seu naturali anno à Deo maximo impermutabiliter constituto. ut de humana natura, seu de elementis antiquissimus Hip. dominatur enim in anno quandoq; hiems maxime quandoq; autem uer quandoq; uero estas quandoq; uero Autumnus. Tuus itaq; ps. 73. dies est & tua est nox tu fabricatus es Auroram & solem tu fecisti omnes terminos terrę estatem & uer tu plasmasti ea, Deus autem noster ante secula operatus est.

Aetates numero Terminato neq; assignari posse contra Auerroim & Reliquos. Cap. 17.



VTATIO inunoquoq; hominum Gal. 3. pronost. 13. cum sit diuersa non est possibile inueniatur omnibus eis secundum ueritatem spatium unum quod sit commune etatum. De fracturis Hip. triginta fere circiter'ue diebus ad summum ossa coalescunt & ferumi-

nantur cubiti presertim tamen nihil certum & uerum est cum nature & etates inter sese differant Gal. de Tuen. San. 6. non est certo annorum numero certum determinare Aetates neq; ad unguem describi ser. 1. d. 1. tr. 1. 23. Nicol. flor. ex Iacobo parti. 1. 1. doct. 3. 3. sicut quidam fecerunt nisi pro latitudine nam terminus cuiusq; etatum non est idem, multifariam uerumenim diuersus pro sexu complexione corporis'ue compositione aere regione ac terrarum natura cœli influentia uiuendi modo ac similibus, posito itaq; quosdam nasci eiusdem temperiei habitus'ue poterit diuersarum eorum etatum terminus regionnm uictusq; illorum uarietate diuersificari, in Aethiopum enim terris calido loco ubi debilitatur digestio, maxima fit resolutio & humiditatum diminutio. 2. 1. d. 2. 1 1. sum. 1. cito aduenit senium, uelut nigrorum terra ubi senectus inchoat fere anno. 30. ethiopesq; ex asclepiade Hist. Philos. uelocius senescere quia corpore rariore a sole remisso uel eius combustione innato infrigidato calore, qui autem in Britania eo quod in his caliditas includitur in centum & uiginti annis senescere. Ideo etatis adolescentiæ. 3 0. annus terminus prefixus nequaquam erit. Verumenim extenditur in quibusdam ad plus & in quibusdam ad minus dicunt itaq; adolescentiam durare ut plurimum usq; ad annos. 2 5. paucitatis extremum quo suam complent adolescentiam homines complexionis minoris uite ac durabilitatis, ut pote melancholicos, durareq; usq; ad annos. 3 2. parum'ue plus multitudinis extremo quo complet adolescentiam suam temporis maioris durabilitatis uitæ utpote temperati uel parui lapsus sanguinei, Duo itaq; uariantur extrema pro longuiori breuiori'ue uita, paucitatis, uel multitudinis termino appropinquanti. Pubescere enim incipiunt quidam cum annum. 1 4. compleuerint, quidam postea, uel ante, principium'ue declinationis quidam habent post 3 0. quidam post. 3 5. annum, quidamq; indifferenter. Propterea prin. etatum terminos describens aduerbio fere utitur quoniam. 3. 1. cap. sing. non omnia corpora sunt equalia in fortitudine hu-

miditatis radicalis et caloris innati, immo corpora in his existunt diuersa, unde de simpl. facul. 5. complexio cuiusq; medicinarum singularium non est in radice composita ex qualitatibus et uirtutibus primis secundum similitudinem unam fit ꝙ una earum mollificat alia extendit, una autem lenit, una indurat, una rarificat, alia inspissat, et uirtutes. 2. ac 3. differunt. Quartæ itaq; ætati senectuti senio, uel decrepitæ uitæ fini ex Nic. ab auctoribus non fuit impositus terminus, quia uitæ hominis termini temperamenti uarietate sunt ualde diuersi. Adhuc cum pueri temperamentum ad iuuentutem ab infantia caloris extet temperati superfluiq; humidi temperiem acquirat mediocri exiccatione accedente iuuentute. 3. 1. uitæ erit longeuioris ille cuius humidum tardius calido proportionatum reddetur, cum enim probabile sit ętatem ætati correspondere si ætas pueritiæ calidior et humidior plus cæteris extendetur sic iuuentutis senectutis ac decrepitę, si enim complexio temperata cum temperato humido ab humiditate superflua pueritiæ sequestretur in fine 23. annorum aut 25. ita ut reddatur omnino temperata id calido et humido accidet temperamento in fine. 35. aut 36. annorum, et sic magis extendetur pueritia, et sequentes la sibi correspondentes ætates reliquę. Cumq; ui caloris natiui uitæ functiones fiant, et tandiu quo corpori insidet certa serie ac numero nescientes qua quisq; caloris ui, aut frigoris hieme laboret, non equa quibuscunq; similis'ue ętatum et æquiualens terminata assignari poterit mensura. Corporum enim distemperatorum, & non determinatorum de simp. facul. 3. numerus est, qui non numeratur.

Qui homines mares uel fœminæ ultra. 120. annos superuiuere ualeant. Cap. 18.



COMMENSuratæ dispositum corpus optimeq; constructum habitu medium, neq; crassum multum neq; macrum bene carnosum commoderatum. 2. 44. med. ar. 2. Haly. et 2. 1. albedine rubore'ue ac crispitudine

spitudine temperata compositum corpus sanum semper med. ar. 1. maxime Eucraton in simplicibus particulis et primis seu omiomeris calido, frigido, sicco, et humido commensurata crasi optime sanum totius'ue commensuritate in positione, magnitudine, plasmatione, & numero: coequale maxime in organicis, et in utrisq; potissime naturæ corporis cuius utiq; uniuersæ partes probl. 22. 5. sibi inuicem æquate correspondent pulchro corpore optimas habente conglutinationes, & compagines: membrorum symmetria concinna totius suo ordine respondente compositione de optima corporis constructione inculpabile natura in actibus ab extrinsecis causis difficillime occupabile est. Manifestum quidem ex ipsa eius eucrasia difficulter, & uix in immoderationem craseos perueniente eo quod omnino ab extremitatibus distat plurimum, At uero & ex eo quod bene operatur optime utiq; erit præparatum ad difficilem passibilitatem minime laboribus occupabile ens. Inest autem mox huic corpori & euchimissum aliorum esse, quocirca iram & tristitiam sollicitudinem pluuias ariditates pestilentias, & omnes simpliciter dicendo ægritudinum causas tollerabit facilius alijs corporibus. Quia igitur sanum semper med. ar. 1. maxime distans à contrariorum excellentia ponderis temperamento propinquius optima elementorum proportione ac diuisionis equitate ad opera perficienda particeps atq; ab intrinsecis impassibile minus ibidem. Quoniam autem neq; eis, quæ à cibis superfluitatibus facile occupabile existit, hic utiq; & maxime addisces si excogitaueris neq; plectoriam in huius natura neque cacochimiam ullam accruari faciliter, uel aceruatam nocere in aliquo, nam commensuratio naturalium actuum ad seinuicem, et quæ secundum unumquemq; ipsorum uirtus et fieri prohibet superfluitates et factas excernit faciliter, et si permanserint aliquando usq; plurimum minime uincitur ab eis. Ab egritudinum enim causis faciliter uinci imbecillibus et discritis naturis inest. Resistere usq; multum eucratis et fortibus, ut sola temperata complexio uirtute potestate facultate ac omnium ordi-

ne excellentissima de complex. 2. reliquis antiquior, contrarietate minori medij ad extrema, medio etiam fortioris uirtutis preceptore non egeat suorum quantitatem ciborum metiente, immo tantum appetat med. ar. 3. quantum digerere possit, omnium ex Gal. tuen. san. 1. Auer. de long. et bre. uitæ, concil. Dino, et reliquis maxime longæua, Nam si aquæ tenuissima pars ignisq; rarissima in hominis corpore parem commixtionem habeant de uict. rat. Hip. sanissimum habitum perficiunt, et sani usq; ad 40. annum degunt, nonnulli uero usq; ad extremum senium. Vnde cum nil sit cœlo ordinatius neq; temperatius nullo elementaris qualitatis ex peripateticis excessu composito, uel simplici alioquin iam esset tot seculis dissolutum, uel tanta saltem magnitudine potentia ac motione cœtera perdidisset, sed profecto tanq̃ moderatissimum hac ipsa temperantia sua tum excellentia formę, ex Pyth. nihilo uitalius. Diuinitus uitam longam meruit, ita et res compositas tunc demum uitam adipisci uidemus quando qualitatum perfecta commistio priorem iam contrarietatem fregisse uidetur, ac quidem diutius longiorem quatenus inest eis complexio à contrarietate remotior uelut homini si ad corpoream cœlestem'ue simul temperantiam humanam musicam ex Timotheo ac Pytha. consoni numeri figuram ex Plat. ac Damas. proportionem armonici'ue numeri similitudine, accesserit quibus cum cœlo consentiat cœlestemq; ut infra adipiscatur, ex phylosophi enim probl. impatibilius autem quod ualidius. Longæui maxime 2. sunt omnium qui et humidissimi. s. cum caliditate dominante humido Gal. tuen. san. 6. et nimirum et sani sunt hi cum solidatum fuerit corpus magis alijs et fortiores usq; ad senectutem ultimam, ut Haly. med. ar. 2. et plusq̃ commentator dixerit calidam et humidam temperiem quam sanguineam uocant recte uiuentem omnium maxime longæuam phylosopho de causis long. et bre. uitæ authore. Nihil demum magis q̃ calidum et humidum horum'ue inuicem proportio duæ nanq; causæ uitę quod quantum et quod quale plantarum et arborum modo hæc nanq; pro capite radices habent

quantoq; craſſiores eo plus attrahunt humoris ac diuturniores fiunt, uitam aut tuetur aut colit, Septentrionalibus itaq; frigore eademq; cauſa & piſcibus animalibus quoq;, quæ plures pariunt fœtus, aut multum coeunt arboribus'ue quæ multum faciunt fructum, uel ſemen natura animal. 18. parum durant uitaq; breuior uelut arancis gallinis ac ſimilibus, contrarijs uero uelut coruo elephanti ceruo ſerpenti cornici ex Alex. probl. Græco'ue epigrammate uita longior, ac rationibus uolentia longitudinis uitę cauſam immediatam eſſe qualitatum actiuarum proportionem inter ſe paſſiuarum'ue inuicem ac ad paſſiuas actiuarum ſimiliter & harum omnium tandem ad 3. ut pote ad cor dominium'ue qualitatis actiuæ ſuper paſſiuas, & calidi ſuper frigidum & humidi ſuper ſiccum calore proprio ac principali animæ inſtrumento & humido proprio caloris ſubſtentaculo, cum ſpiritus. 1. 1. ex humido gignatur & calido, ac de par. uſu. 6. ſit uapor ſanguinis temperati calido conſeruatus ac humido quibus digeſtio ac nutritio in uitam atq; uitę longitudinem, Vie de ſympt. cauſis. 6. efficiuntur. Tum quia temperatæ uicinior regalia membra ad calidum & humidum declinantia habens, uitę principijs calido ſcilicet abundans & humido, à frigido diſtans, & ſicco magis ſenium adducentibus, & mortem, ſenectute ad temperiem aliqualiter reducta, pueritia ac iuuenta calido abundas & humido, ſenio frigida fiens & ſicca, per medium igitur quod temperatum eſt tranſitura. Gal. tuen. ſan. 6. Longæuus maxime autem utiq; eſt qui minime deſiccatus fuerit, ſcias itaq; animal. 18. multum longe uitę eſſe animal ſanguineum, & in ſanguines poſt elephantem homo longioris uitæ exiſtit, Nihil enim magis quam calidum & humidum uitam aut tuetur aut colit. Non eſt 3. aliquod tempus in quo per totum non eſt extenſu innatumm calidum de Maraſ. cap. 3. uirtutes habens non quibus plaſmat ſolum ſed & multas. Etenim trahit materiam ad ſe & materiam diſpenſat apponit vnit & aſſimilat, ac ſummatim dicendo omnia contraria flammę operatur uelut colerici calore innato quo uita conſiſtit copioſios

re, signum pulsu ac anhelitu maiori fortiori'ue digestione ac nutritione phlegmatica & melancolica ualentiori calore effectis, frequentiores sustinentes commestiones ac à cibis crassioribus minus grauati. Sanguine naturę Thesauro bene excocto abundantes magis. 4. 1. cap. 20. signum uenæ & arteriæ amplæ, à superfluitatibus oppressi minus med. arte, ac complex. 2. caloris diminutione ac aliarum coctionis debilitate mortificantibus causis amplius resistens, si potissima peremptionis nostræ causa. 1. 1. ac. 3. Humor sit pituitosus superfluus bifariam, uel suffocans quanto, uel qualitate mala frigida innato obuians calido humido eius frigescente minus minus'ue sui compactione exsiccabili ex Philos. longioris uitę causa potissima. Præualet demum in his elementum ad agendum aptius quàm ad patiendum elementis fortius uehementioris operis ac dignius perfectiorum de Temp. 2. principium, propterea super Genesim August. demones Aerea atq; ignea dicuntur animalia quia corporum aëreorum natura uigent nec per mortem dissoluuntur, unde astruere uidetur angelos omnes ab initio creationis suæ corpora habuisse aerea ex puriore superioreq; aeris parte formata ad agendum idonea non ad patiendum, eaq; post confirmationem bonis Angelis conseruata, malis autem in lapsu demutata fuisse in aeris crassioris qualitatem ut etiam igne possint torqueri. Quibus etiam Basilius corpora tribuit ueluti spiritus quosdam tenues aereos atq; puros. Consentit his etiam Gregorius Naziazenus. Et ex Orpheo corpus unum est quod igne tantum constat ex purissimo ethereo elemento coalitum, ex chalcidio ætherei aereiq; demones ex etheris serenitate & aeris liquore connexi indissolubilem coagumentauit superficiem. Longæui maxime. 4. post cholericos phlegmatici melancolicis temperatiores humidi communione radicali'ue humido copiosiores digerentes melius alimentumq; sibi assimilantes cum ab humido fiant partim perfectiori abundantes humore phlegmate nil aliud quàm sanguine diminute cocto ac in illum apto conuerti. Melancolici. 5. uita breuissimi utroq; contrario à tem-

perie recedentes, de uitæ principijs habentes minus, restaurationis opere debiliores senectuti germani ac marcedini. Natura uero Eth. 7. 13. melancolici semper egent medicina nam corpus quidem semper abroditur & in hoc est continuo propter complexionem. Melancolica etenim complexio humanæ uitæ contraria omni & omnibus operationibus eius temperamentum contrarium humano temperamento existit quod labitur ab ęquali ad pondus per augumentum caliditatis & humiditatis sui frigiditate & siccitate. Melancolicę nanq; materiei complexio aduersatur omnium operationum instrumento quod est spiritus calidę & humidę complexionis, frigiditas melancholie contraria est omni rei uitę, & siccitas causa consumptionis humidi existit quod alimentum omnium membrorum est. Frigiditateq; & siccitate exprimitur & consumitur humiditas secunda omnis pro debito membrorum nutricatu necessario, prohibeturq; transitus spiritus animalis sensibilis ac motiui quod est instrumentum dilationis constrictionis anhelitus intestinorum Musculorum & reliquarum corporis humani partium uitæq; deniq; humanæ munus. Vt sic Haly Med. Ar. 2. uitæ longæui dinumerentur.

Breuioris uitę natura reliquis est ille cuius tēperies erit frigida et sicca.
Dein ipsum sequitur cuius complexio est frigida tantum.
Postea sicca tantum.
Dein frigida & humida
Postea calida & sicca.
Dein humida tantum.
Quam sequitur calida tantum ab eo pretermissa.
Postea æqualis.

Demum calida & humida longioris uitę inter homines distemperatarum complex. iste.n. quando conseruatur eius complexio & equatur chimi ipsius & euadit ab egritudinibus putrefactionis est longioris uitę quàm alij homines natura. laudat itaq; Philos. in longitudine uitę terram calidam uicinam mari humiditate aeris eius & ca-

liditate ipſius, & cum hoc etiam laudauit complexionem calidam & humidam naturalem quidem ab initio ſuæ creationis in uentre matris ſuæ effectam, nam accidentalem quia ad putredinem uelocem, ſeu paratiſſimam uituperat. Ex Dino, concil. ac reliquis neotericis calida & humida. Omnium temperata Hip. Gal. ratione'ue omni longæua in primis. Complexionis itaq; æqualis, aut ad ipſam accedentes temperamento, ſeu medio propiores uelut ſanguinei boni habitus carnoſi commoderati neq; craſſus neq; macer Aphor. 2. ad longam poterit peruenire ſenectutem uirtute forti facie ſano ſimili ex Hip. pronoſt. 8. 1. quod optimum corpore. 16. ſua poſitione flexibili minime rigido habitudine ſanis familiari amica & iacere in modum ſani melius eſt latere dextro aut ſiniſtro. Spiritu bono ordine ſuo proprio cognoſcibili & habente euidentem 28. ſalutis oſtenſionem lingua temperata, intemperata enim repente 40.7. aut appopleticum quid aut melancolicum efficit, ueſicęq; excrementa conſpicienda. 3. 1. Laurentiani ac Leonic. Verſione an talia qualia exeunt ſanis. Operationibus perfectioribus ualentioribusq;, formam. n. fecit actio ſcire, & ad ſummum craſis conſtitutio ſeu complexio Bona de med. ar. Polycleti Regula de optima compoſitione corporis corpus bene compoſitum tale qualis Polycleti Regula complex. 1. Reſtaurationi obediens magis, ſex rerum non naturalium recto ſuppoſito regimine regione'ue. 3. 15. temperata ſeu calida & humida, Vnde qui dextra mundi parte habitant ex Pythag. Plat. & Ariſt. e qua principium habet cœli motus orientali. ſ Quia maioribus dotata uirtutibus ac fortioribus longius ſuperuiuere. Sęculo'ue longeuiori, ſeculum enim quid ſit cum arbitrer ad ſubtile examinatum non eſſe, ſpacium tamen ſit uitę humanæ longiſſimum partu & morte diffinitum ex Heraclito annorum 25. ex Zenone. 30. ex Herodoto. 150. Argathony Thartesſiorum regis teſtimonio, ab ephoro. 300. Archadum regum aliquot antiquorum uita, ex alys ultra ac ſupra multum Vita teſte longeuiori. Sed inter ipſos Aſtrologos, qui in ſtellarum ſignorumq; ratione uerum

ſcrutantur nequaq̃ etiam conuenit, epigenes. 112. annis longiſſimam Vitam conſtituit, beroſos. 106. aliẏ. 120. annis produci poſſe; quidam etiam ultra credidere. Fuere qui non idem putarent ubiq; obſeruandum ſed uarie per diuerſas regiones prout in ſingulis ſit cœli ad circulum finitorem inclinatio quod uocatur clima. Sed licet ueritas in obſcuro lateat. Ethruſcorum tantum rituales docent quæ ſint naturalia ſecula quotq́; annis in unaquaq́; ciuitate quiq́; ſuperuiuere poſſint, quo itaq; die urbes atq; ciuitates conſtituerentur qui die eodem nati eſſent diutiſſimeq́; uixiſſent dies mortis ſuę. 1. ſeculi modum finit eoq; die qui eſſent reliqui in ciuitate rurſum eius mors, qui longiſſimam egiſſet ętatem finem eſſe ſeculi. 2. ſic deinceps tempus reliquorum terminari. Sed ea quæ ignorarent homines portentis diuinitus miſſis ſeculum unum eſſe finitum admonebantur ab Ethruſcis aruſpiciẏ diſciplinæq́; ſue peritia diligenter obſeruata libris referebantur, quare tuſca hiſtoria ſeculo. 8. ſcripta ex Var. & quot ſecula numero genti data ſint & tranſactorum ſingula quanta fuerint quibus oſtentis eorum exitus deſignati ſint, continet. Scriptum itaq; eſt quatuor prima ſecula annorum fuiſſe. 105. quintum. 123. ſextum. 119. ac ſeptimum, octauum tum demum agi, nonum ac decimum ſupereſſe, quibus tranſactis finem fore nominis ethruſci. Romanorum autem ſecula quidam ludis ſecularibus putant diſtingui ex Var. de ſcenicis originibus cum multa portenta fierent & murus & turris quæ ſunt inter portam collinam & quibuſdam de cœlo eſſent tacta, ideo libros ſybillinos decemuiri adiſſent renuntiauerunt uti Diti patri & Proſerpinæ, Tarentini in campo Martio fierent 3. noctibus et hoſtiæ furne immolarentur utiq; ludi. 100. quoq; anno fierent, cum ciuile Romanorum ſeculum annis. 100. tranſigatur ex Liuiẏ L. C. XXXVI. eodem anno ludos ſeculares Cęſar ingenti apparatu fecit quos centeſimo quoq; anno, his enim terminus ſeculi fieri mox utiq;. X. C. quoq; anno repetantur tam commentariẏ. XV. uirorum quam Diui Auguſti edi

cta testantur ex Horatio.

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referantq; ludos
Ter die clara totidemq; grata
Nocte frequentes.

Temporum autem horum interualla quibus ludi isti debeant referri non modo quanta fuerint ignoratur, sed ne quidem quanta esse debeant scitur. Nam id institutum esse 100. quoq; anno fierent id tum Antias aliyq; Historici Authores sunt. Cum autem seculares primi exactis regibus post Romam conditam annis. 250. à Valerio publicola instituti essent secundi, tertiy, quarti, ac reliqui fierent successiue inequali tamen temporis portione hinc animaduertere licet nec post. 100. annos uti referuntur ludi statutum esse seculum neq; post. 110. seculares quidem dicti quod plerunq; semel fiant hominis ætate, ut multa alia quæ rara sunt. Sed nostri maiores quod natura seculum quantum esset exploratum non habebant ad certum annorum modulum annorum 100. statuere ex Pisonis annalium. 7. hæc profecto causa primum quod multos suorum ciuium ad hanc ætatem produci uidebant, dein quo ethruscorum quorum prima secula. 100. fuere annorum etiam hic & in aliys plerunq; imitari uoluerunt. Aetate perfecta mulieri iunctus Polit. 7. Mas. 35. natura animal 5. anno 21. adminus, mulier anno 18. ex Damas. Natiiuuenibus parentibus principalia membra fortia & sana naturaliter habent contrariy contraria, fœtus enim cuiuslibet generis ex sene animal. 5. natus malus. puerpueria contra naturam est in pedes procedere nascenteis quapropter uelut egre parti appellatur Agrippe, ita editi minus prospere uiuunt, & de uita æuo breuiori decedunt, Deniq; id unum M. Agrippe fœlicitatis exemplum est nec tamen usq; eo in offense, ut non plura aduersa pertulerit q̃ secunda nam et misera pedum ualetudine & aperto coniugis adulterio et aliquot infœlicitatis notis retrouersi ortus omen luit. Fitq; pleniluniys auctior egritudo quod tempus etiam editis semper nocet.

Neq;

Neq; aliam fœminam præter uxorem propriam uir cognoscat et econtra, Thobie.4. præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire, ex Paulo ad corinth. 1.7. qui non se continet nubat, et ad Timot. 5. nuptias enim inire peccatum non est extra autem thorum non continere peccatum est. Quod prẹter naturam fore dixit Philos. cum proles inde genita gubernetur quàm pessime, unde eccl. omnis qui transgreditur lectum suum primo in lege altissimi incredibilis fit. 2. uirum uel mulierem suam dereliquit. 3. adulterio fornicatur ex alio uiro uel fœmina filios sibi statuit quorum non erit radix & rami non dabunt fructum, memoria maledicti & dedecus eius non delebitur, nam gloria magna est sequi dominum, longitudo.n. dierum assumetur à Deo.

Nouæ huius opinionis Author solus nec uituperandus & si ad Annos ultra. 120. non perueniret. Vnumq; quandoq; plus q̃ mille ualere. Neq; omnia simul eodem uigere tempore. Cap. 19.



NEC uero accusandum grauius esse reor nouæ huiusce sententiæ Authorem, tametsi non facile quispiam ad hanc ętatem perueniet, & sane intelligebam, qui hunc ueluti furorem quendam, et insaniam esse contenderent, quasi uero non meminerint, & Democritum olim ab suis hoc nomine reprehensum, & Hip. ultro accersitum ad eius insaniam curandam, quem tamen Hip. omnium esse sapientissimum Democritum à se repertum assereret. Nam Thessalus Hip. filius ad Athenienses scribens alio atq; alio modo fortuna multa alia cito uersat, quod magni sepe minorum eguerunt potentioresq; per impotentiores salutem consequuti sunt in rebus bellicis ubi ars plurimum polleret non solum urbem unam, sed nationes multas sæpius iam uisum, & auditum est ab uno uiro fuisse leuatas. ex Cic. enim tragicus plato

unus plus est quam totus Atheniensis populus. Eccl. 16. ab uno sensato inhabitatur patria a tribus impijs deseretur. Melior est enim unus timens Deum quam mille filij impij, est & illud sapientiæ proprium ut unus sępe plus cæteris in multitudine uideat, frustra tamen animos reliquorum stultitia, seu inuidia occupante, ut Annibali accidit factionis Barchinę liuore, ac Socrati de Deorum opinione, & reliquis historia annotante. Hip. enim Græciam totam à pestilentia liberauit illirium ac plures Barbarorum prouincias. Aesculapius & Hercules nati uti genus humanum iuuarent, quos ob uirtutem quam in terris exercuerunt sedem & loca inter Deos consecutos uidemus. Gal. enim simpl. facul. 1. reprehendit Berutidem credentem omnes sectas pręter suam falsas & Malas, ac Mecrudarim præter sectam Asclepiadis & Remnini, Abrucalim Hermogenem & Herasistratum atque quoscunq; qui suam sectam tantum ueram credant. Sunt enim quidam ibidem. 2. peruenientes ex ignorantia ad hoc ꝙ quando ueritatem audiunt non possunt intelligere eam nondum quod est præter illud. Nam de comp. med. ad loca. 8 quod semper dixi dico & nunc quia difficillimum est conuertere ad ueritatem eos qui anticipauerunt heresi famulari, quicunq; autem sinetici & amici ueritatis hos spero custodire, falsæ nanq; opiniones pręoccupantes animas hominum non solum surdos, sed etiam cęcos auditores efficiunt in eo quod alijs euidenter apparet. Hæc quidem ratio Vitaq; hominis longa ex Hip. de languentium somnijs quemadmodum mortalis cum sim & homo per me & inuenta est, & cogitata cum Deorum auxilio non enim in arcu meo sperabo. ps. 43. & gladius meus non saluabit me. Mirabile ac magnum quod dicente. 15. Notas mihi fecisti uias uitæ. An autem ego ipse possim tam sublime immortalis Dei donum assequi exemplo ac proprie effectu personæ & opere id comprobare uelut petitum fuit ab illustriss. D. Argentina aeui nostri muliere prudentissima eccellentiss. C. Guidonis Rangoni quam Venetijs uisitaueram, comitissa Suessana atq; alijs magnificis, tunc quidem præsentibus, & si cap. 14

partim declaretur, nihilominus ex Hip. de flatibus quędam artes sunt, Quæ ijs qui eas possident laboriose sunt, his uero qui utuntur utiles, ut medicina quam iatricem dicunt medici, nam medicus periculosa & grauia cognoscit, quę suauia nec iucunda sunt tractat, peculiaresq; molestias in alienis malis calamitatibus & utilitatibus capit, languentes hac arte malis maximis doloribus laboribus'ue molestia morte liberantur, mala quidem & non probanda medicis nota sunt uulgo autem rudibus ignaris'ue nequaquam. Corporis enim corpora non sunt, sed mentis. Dein omnibus instabilis fortunæ flatibus expetitus totusq; a mundo a domesticisq; curis transuersim actus, præterea ueneno captus. Si itaq; ueritatem expetis, ex Plat. enim nihil sane suauius est quàm uera dicere & audire, ueritate autem nihil uel melius uel durabilius, ueritas, & disciplina. 7. Med. meth. nulla melior hominibus neq; ditior possessio, tum dijs tum hominibus ex Plat. de leg. omnium bonorum duce, loquar tecum. Si uero nulli credis recedam à te Gal. de optima doctrinatione tanquam ab ente præter naturam. Hæc enim ad humani generis commodum officium beneficium'ue, non q sperem munera ingurgitem principum regum imperatorum ac pontificum fauorem suauemq; auram ex optem, sorte nanq; meaq; arte medica fauente IESV. ac IVLII. III. uirtutibus contentus sum. Et si quidem sperarem & ultra quam possideam exoptarem pro me ipso nequaquam, cui vni multa satis, pro toto enim humano genere cui defuisse plurimis annis uidimus omnes, Maiora habuisse cuperem. Galen. de causis procatarticis antiqui quidem Physicorum iuuare studentes humanum genus qui aliquatenus uitam adiuuant de uict. rat. potius laudandi q̃ uituperandi. Et si nec saluetur aliquis librorum de morb. Iudic. 2. a uituperatione uituperantis, nec res noua sit immo antiqua ualde, adeo q Plato sciuit eam, tempore uerumenim pari ex Hip. de uict. rat. non ornantur omnia, sed quædam citius quædam tardius, Ex prin. 1. 4. tr. 2. cap. de sextana septena ac similibus, nec oportet, ut negentur egritudines quas non contingit uidere in tempore quo-

dam & quadam regione, nam hoc genus non comprehenditur per multitudinem. Ps. 118. super omnes docentes me intellexi quia testimonia tua meditatio mea est super senes intellexi quia mandata tua quæsiui. Vir insipiens ps. 91. non conoscet & stultus non intelliget hæc, Mathei etenim. 2. Christus confiteor tibi pater domine cœli & terræ quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, certo Hercle scimus nos hos labores nostros apud illos, qui malunt didicisse quam discere plus odij q̃ gratię consecuturos. Aram nihilominus et statuam Platoni in templo dicauit Arist. uiro quem nephas est a malis laudari, parthenico uersu Platonem probandum probe a probis ab alijs nephas. Et Plato in Deorum numerum est translatus longinquæ hunc nationes honorant, quia diuinam uitam ipse nouit alijsq; monstrauit, ac phœbus Aesculapium genuit, et Plat. ut ille corporibus, hic animis mederetur. Ex Rabi enim Mose. 25. suorum aphor. particula Galenus quidem sciuit in medicina satis, & magis q̃ aliquis alius de quibus famam audiuimus, aut dicta uidimus, cui penitus apposuit mentem suam sanius'ue dixit q̃ Arist. nec est dubium ueritatem scientibus. Ideo res darguit Hip. medicos, qui fuerunt ante ipsum Gal. 6. 1. acut. die. quia non scripserunt in regimine aliquid, cui sit quantitas de qua curetur. De colocinthys folijs serapio, & antiqui quidem defecerunt in commemoratione ipsorum, & omiserunt usum eorum. Nam. 17. 1. eiusdem ex iunioribus sunt quidam, qui inueniunt res meliores rebus, quę inuentæ sunt antiquitus, adeo ualet humanum ingenium in pręclaris etiam institutis ubi illud ualde intenderis ex Laberio

Non possunt primi esse omnes omni tempore,
Summum ad gradum cum claritatis ueneris
Consistes egre, citiusq; quam ascendis decides
Cecidi ego, cadet qui sequitur,
Laus est publica.

Cum ex philosopho scientię per additionem fiant; & multa adhuc in naturæ thesauris cap. 12. delitescant occlusa, laudare enim opor

tet Eos qui quod derelictum erat addiderunt. Non est enim de uirtutibus naturalibus possibile eundem incipere & finire. His etenim tantum scribimus ista quorum iudicio mea scripta probari cupio ac postulo, propterea longo tempore anni unius fere tribus uicibus hunc perlegit ac reuisit librum eruditissimus Baptista Egnatius uir integerrimus solerti ac seuero iudicioq; bono omniq; uirtutum genere praeditus, cuius impulsu hunc ipsum perfecimus illiq; ipsi prouinciam quantuncunq; grauem homini aetate nostra praeclarissimo de Christiana religione sanctissimae sentienti sanctitatiq; uestrę deditissimo Libentius committere posses Sanctissimae Pater, hic enim quae perfecta adhuc non sunt de Christiana religione si uestrum adesset auxilium literarum'ue Sanctitatis uestrae praesidio ocium quam leuius perficere posset. Qui ad scientiam tendunt ac ueritatem adminiculis ex Ferrario pag. 26. non egentem suis uerumenim solis terminis contentam. In ueritate dico uobis Lucae. 4. multae uiduae erant in diebus Heliae in Israel quando clausum est coelum annis tribus & mensibus sex cum facta esset fames in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptam Sidoniae ad mulierem uiduam. & multi leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorum mundatus est Nisi Naaman Syrus. In Scythis enim de sequela potentiarum animę ultimo. Vnus uir factus est phylosophus, Athenis autem multi tales. Rursus autem in abderitis imprudentes quidem multi tales autem Athenis pauci.

IVLIVS III. PAPA VIDEBIT ANNOS PETRI ET VLTRA, HVIVS

Libri pro longæua hominis uita ac Christianæ religionis commodo immensa utilitate. Cap. 20.



X Hip. de acu. uictu sanus crasim & honestatem cum humana uoluptate lucrabitur. Nametsi nil aliud comprobauero hæc duo tamen assequar, doctis enim uiam aperiam hoc nostro minimo prçludio saltemq; iuuabit lucernam prætulisse atq; iter aperuisse quo possit tetra ista opinio, quæ pridem hominum animos occupauit explodi, seu funditus profligari quare tuum beatissime IVLI. ac cæterorum quos recta studia delectant erit officium, ut quod ego unus non possum efficere mecum simul facere studeatis omnes plane homines à Festina, & uiolenta erepturi morte, dum expulsis seculi nostri tenebris ueterum longam uitam in lucem reuocemus, hoc sane mihi uidetur uere philosophari in hac omnium rerum etiam ad uitam pertinentium incuria, Ac his qui sancto atq; uero mouentur uirtutis amore iter ostendam, quo maiora super hoc ac præstantiora comperiant Halyue Gal. authore Theoricę.7. exercens me ipsum ad præsentia utilissimo exercitio, & ad senectutis obliuionem ex Plat. munimenta thesaurizans opus nullum scribens gloriæ desiderio, studio Sanctitatis. V. uitæ protrahendæ, ac sed amicis largiens, nam ex Rabi Aphoris. prohemio quod elegi ex libris Gal. non elegi alijs, sed mihi ipsi, ac Beatissimi suæ. Alterum uero IESVS Christo gratius, ut qui diuturniore uita ac longiori uiuere cupiant Christiano sanctissimo, ac naturali uictu uiuere cogantur, ex Socrate enim in Plat. Menone tradit Pindarus, et quicunq; ex poetis diuini sunt hominis animi immortalem esse cum tum decedere quod quidem mori uocant tum iterum redi-

re interire uero nunq̃ quam ob causam uitam q̃ sanctissimæ agere monent, cum igitur animus immortalis sit ac sæpius in hanc uitam redierit, quæ ad uirtutem pertinent reminisci melius poterit. Nam qui hac uixere uita sancti ut Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, & reliqui, nec martyrio fuerint affecti diutius, ac alijs longius superuixere. De uirtutibus enim nostrum corpus dispensantibus Gal. solum autem adinuenerim complexionem cerebri oportere custodire commensuratam necessario eos, qui meditari, uel medicari, seu recte uiuere eligunt. Dein sequela potentiarum animæ leditur anima in cacochimia corporis ex Plat. Timeo propter cibos & potus impeditur anima in operationibus suis etiam quando corpus est sanum. Sicut enim adinuentiones, & doctrinę malitiæ quidem interemptiuæ generatiuæ uero uirtutum sunt, ita & cibus, nam de lucri cupiditate lucrum aliud bonum malum aliud, sicut & cibus bonus est, & malus potus, & reliqua omnia quæcunq; in specie eadem existentia talia sunt, ut partim bona partim mala sint. Multum cacochimia actibus animæ nocet. Demosthenis præceptum absit ut uiuere turpiter malim quam honestę mori postq̃ Xenocratem & Plat. de immortalitate animi differentes audiui. Possessionum genera ex Plat. filijs potissimum comparanda, quæ non grandinem non hominum uim non ipsum deniq; Iouem extimescerent. Qui igitur animam curare uoluerit. 1. med. meth. prius curet corpus, corporis cura prior probl. 1. quam animæ, phylosophia ex phylosopho est animę medicina, & medicina est corporis phylosophia. Dein Pater Sanctiss. si reliqui Principes uelut iam Beatitudo. V. Præsentibus & scribendis postea diligentius studuerint, sapientiores efficientur ac prudentiores. Halyab. 1. ex Abimaser cum gentis alicuius bona uult Deus ponit in eius Regibus scientiam, aut Regnum, sicut nunc in te Iulium. III. sedatis dissidijs quibuscunq; à tot Cardinalium numero unanimo effectum est, in eius sapientibus, Principi autem ex Plat. non aliter necessariam esse sapientiam quam corpori animam, & tunc Beatissimas eas fo-

re Respub. si aut phylosophi dominentur, aut saltem qui gubernant diuina quadam sorte à nostris etiam excitati scriptis, quæ adeo grandia spondent, phylosophantur. Nihil enim pestilentius esse potest potestate & audacia quam ignorantia comitetur. Talesq; subditos demum esse solere quales Principes uideantur. Secundum iudicem populi. Eccl. 10. sic & ministri eius, & qualis est rector Ciuitatis tales inhabitantes in ea, Rex insipiens perdet populum suum. Concupiscentia itaq; sapientiæ eiusdem. 6. deducit ad Regnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ò Reges populi diligite sapientiam, ut in perpetuum Regnetis, Diligite lumen sapientię, qui præestis populis, Multitudo autem sapientum sanitas est orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum est. Peccata itaq; quæq; fugient, qui longius uiuere cupiunt. Nam ex Gal. de morb. iudi. commixtionem omnium rerum immoderatam non æqualem semper uituperat Hippocr. cum exorti fuerint peccatores Psal. 91. sicut fœnum, & qui operantur iniquitatem, ut intereant in seculum seculi. Accipi me tandem uolo uelut indicem, qui ipse semper præ foribus manens alijs quod iter ingrediendum sit, ostendat. Eaq; in re maxime laborem ponere qua me ipsum instruere possim, & aliorum præterea ingenia excitare, his præsertim temporibus quibus paucissimi omnino reperiuntur, qui intenti admodum sint in hoc egregio ac uitæ longioris protrahendæ opere. Nam si hoc quod uidetur mihi non fuerit completum, Ex Auer. 3. de anima ca. 5. erit principium complementi & rogo fratres uidentes hæc scripta suas opiniones describere, forte enim ex hoc inuenietur uerum in hoc si nondum inueni, & si inueni IVLII sanctissimæ manifestum fiet magis. Veritas enim ex Philos. sibi omni modo conuenit & testatur. Igitur uidebis annos Petri & ultra.

Venetos solos in Occidente longius superuixisse. Cap. 21.



E CAVSIS long. & bre. uitæ Philos. asserit longitudinis uitæ causam esse dominium qualitatis actiuę super passiuas ut calidi super frigidum & humidi super siccum, cum calor sit proprium & principale animę instrumentum, & humidum caloris proprium substentaculum, Ideo laudat terram calidam mari uicinam aeris humiditate ipsius'ue calore uelut Venetiarum urbem, tum natura orienti soli ualde expositam, tum arte ignibus conficiendis quibuscunq; artibus humanis omnibus, ut ita dicam, atq; diuinis, uasis præsertim uitreis continuis mensibus quampluribus supercalefactam, tum fortuna suoq; bono ac felici genio infinitæ multitudinis hominum iuuenum sanorum ac nobilium ad hanc inhabitandam, uel reuisendam concurrentium spiritu, quo calor nullus temperatior, indies calentem magis, tum duce Deo ac Christo sanctissimis legibus liberoq; uiuendi modo & optima imperandi temperie, qui enim hodie alijs præeminent celsioriq; magistratu potiuntur cras cæteris, & sic uicissim redduntur æquales, ex maclouiensi Episcopo Gallo eruditissimo edomom ea forum ac populum spectanti super Diui marci Plateam, Magistratus Senatores & nobiles hos uiros ostendit ceruice tunc incedentes alta ardua ac audenti, absq; magistratu abiecti ac humili ac uelut sine capitę facti, quibuscunq; similes, ut nec eminentissimi Cardinales & Bini Bini illustres'ue principes priuati etiam, magno nihilominus familiæ onere hanc inhabitare dedignentur nobili illorum halitu reddatur & calidior. Humidam autem illam efficit non totius tantum sed cuiusq; domus maris ambitus, propterea maris uapores humidi eleuati siccitatem & frigidi estatis caliditatem refrangunt sicut calidi hiemis frigus, ut ex Auer. 2. Col. ea regio temperatior sit Autumni breuioris hiemis autem longioris sicut quæ 4. & 5. climatis mari propinqua pro

priæ, quo 1.18. ciuitates mari uicine saniores sunt ciuitatibus à mari remotis. Si loca à mari remota estate sicciora & calidiora, ac frigidiora sint hieme mari uero uicina temperatioria hiemæ contra operanti atq; estate ex Auer. cant. 111. aquæ marinæ non sic patiuntur a sole ut aer. Ideo hieme calidiores frigidiores autem estate aere euadunt. Sanctissimos itaq; simul antiquorum uestrorum mores seruate, qui unico mensa eadem cibario, A clariss. D. Marci Molino Procuratoris D. Isabella, coniuge prudentissima relatum, ac quidem crassiori parcissime uiuentes fuere contenti. Ferunt. n. Alexandrum Papam VI. Maximum summum'ue Pontificem electum prima Pontificatus die à Magistro domus requisitum quod prandium pararet respondisse carnem porcinam contristata curia, Altero die iussisse parari solos Fasianos, tertia faseolos, quarta perdices, qui tota tamen uita, uictu, ut existimatur, simplici unoue solo obsonio sanus semper uixerat, & septuagenarius ueneno cap. 14. seipsum necauit. Nam de tuen. san. 1. mores animi corrnmpuntur à malis consuetudinibus in cibis potibus gymnasys inspectionibus, auditionibus, & mala musica, oportet medicum qui debet custodire sanitatem studere ne mores animi corrumpantur, non admodum phylosophorum, ut conseruet ipsius animæ sanitatem, & faciat hominem uirtute præditum, sed ut non facile in ægritudinem deueniat corpus, cum furor fletus, ira, tristitia, & sollicitudo amplior q̃ oportet ac uigiliæ febrium & aliarum egritudinum sint principia, multos enim curauimus ægrotantes annis multis propter consuetudinem animi corrigentes immoderationes motuum, diligentia etenim multa studendum ne ullum animi usq; ad 3. annum cum corpore immoderatum motum paruuli patiantur coniecturantibus nutricibus quo indigent cum plorant, uel irascuntur, seu inordinate mouentur, oportet igitur nutricem & prudentem esse, & consuetudinis pueri peritam, ut hæc omnia emendet, ut quod desiderat tribuat quod contristat auferatur, & motibus ulnerum, & melodijs uocis, & insordibus balneis & lotione indumentorum sic & reliquis,

ætatum proportione omnia ad unguem à Venetis olim sua natura obseruata, uel suo specifica forma genio. Vbi nullum muscarum genus, ex Agrippæ 3. cap. 64. publica tonsorum tecta subierint. Velut Herculis Sacellum Romæ Boario foro ex Soli. argumento conuiuij Letę Maiestatis ipsius diuinitus, neq; canes, neq; musce ingrederentur uisceratione sacrificij libantis Myagri Dei imprecatione claua in aditu relicta, cuius olfatu canes refugerent. Locus enim est ubi spiritus potissimum recreatur, ubi sensus uegetiores sunt, ubi corporis sanitas, & robur plus proficiunt, ubi negocia melius succedunt, ubi plures fauent, ubi infensi succumbunt. Ciuitas à Deo superisq; præordinata à cœlis disposita atq; parata. Quot autem secula Venetorum urbi debeantur, cum cens. licet dicere meum non sit, nihilominus Vectij auguris ex Var. lib. antiquitatum. 18. exemplo eorum condendæ urbis Historia sacratissimisq; sanctorum corporum tralationibus Diui Marci præsertim protectoris uarijs miraculis postea describemus particularius, hoc saltem firmius asserentes, posteaq̃ nobilis is consiliarius Franciscus Mollino. 103. superuixit annis, et totidem esse præsens Venetorum seculum. Quodq; transcendere poterunt, et ultra. 120. annos superuiuere, qui antiquorum suorum cum Christo mores resumpserint sanctissimos, Nam pauci sunt quos æquus amauit Iuppiter, aut ardēs euexit ad ęthera uirtus, dijs geniti potuere.

Vltra 120. annos ratione, exemplo, experimento, obseruatione, atq; authoritate superuiuere potest homo, ac ueritate omni cap. 1. Obiecta soluuntur. Cap. 22.



SCIEBAT natura euidenter par. usu. 11. mansuetum & politicum animal plasmans fortitudinem non corporis robore, sed sapientia debere habere. Homo enim eiusdem. 1. sapiens est hoc animal, & solum eorum quæ sunt in terra imperium obtinens, atq; 7. ego

autem neq; laudare secundum dignitatem eius, qui creauit animalia
sapientiam & potentiam sufficiens esse puto maiora enim non lau-
dibus solum, sed etiam hymnis huius opera sunt, quod ante quidem
quam uideremus impossibilia fieri putabamus, uidentes autem sciui-
mus non bene putasse, & maxime quando absq; multa uocatione crea-
tor eorum uno usus organo minimo penitus inculpatum & perfectum
ostendit opus, aptissimum igitur oportet esse corpus suscepturum ani-
mam, alterato multa alteratione in complexione confestim exire, im-
mo respiratione priuatum de substantia uirtutum naturalium, custo-
dita igitur naturali eucrasia separari existimo impossibile. Ponentes
itaq; sortem sic in humoribus dispositum radicali succo innato'ue ca-
lore & reliquis quibus uita constat quod 120. annis uiuere possit, post
quos hinc ad horas 2. mortem incurrere debeat, uelut contigit Simo-
ni fratri Iudæ Episcopo Hierosolimitano post 120. annos repente cru-
cifixo, sequeretur uitę latitudinem subito deperdi, cum nulla autem
latitudo subito deperdi ualeat, si tuen. san. 1. permagna sanitatis lati-
tudo sit, necessarium igitur est de constit. artis medicat. 7. tertium
esse quandam latitudinem sanitatis, ut multæ contineantur in ma-
gis & minus sanorum corporum differentie, ita enim & in alijs uni-
uersis se habet, etenim domus Archa uestis calciamentum, & sella
aut melior aut deterior, aliter duorum dogmatum alterum eligere
cogeremur, uel semper omnes egrotare, uel unam omnium hominum
esse crasim uirorum mulierum adolescentium sanum infantium Athle-
tarum, & operatiuorum existentium in ocio fortium & debilium
vtrunq; inconueniens. Ideo de temp. 2. 4. oportet necessario, ut sanitati
latitudo supponatur non parua. Quo fit med. ar. 1. ut tota sanitatis
latitudo in tres partes, quarum singule latitudinem habent. Vnde non
paruam, diuidatur. per aliquod temporis spacium ultra. 120. annos super
uiuere poterit, uerumenim cum non militet ratio maior pro 2. horis q̃ pro
pluribus, immo diebus mensibus ac annis, idcirco ultra 120. annos quæ-
cunq; ratione superuiuere potest homo. Medica quoq; ars ad uitæ

productionem differentia concil. 1 1 3. mortis'ue retardationem ordinatur, Alioquin corpus optime constructionis minime arte indigeret procuratoria, idq; non includens 2. phis. t. c. 6 2. uana esset grauis & indecens, quam testantur medici omnes leges sacri textus phylosophi ac Christus necessariorum, aut ad plurimum contingentium fore debitum finem includentium. Adhuc uita constat proportione quadam calidorum & humidorum ad inuicem, hæc nanq; sunt uitæ principia, proportio autem huiusmodi seruari potest diutius ex medica scientia, aut humidum sufficiens calidi substentatiuum gignente, superfluum educente, alterante, uel corrumpente, ut uita protrahi ac retardari mors medici beneficio possit. Postea cuiuscunq; terminus non est prefixus omnino, sed contingens magis, uelut uitæ periodus non solum retardari uerumenim protelari poterit, si circa idem contraria fieri sint nata, principia etenim superiornm formalia cœlorum corpora quandoq; uelocius tardius quandoq; magnitudines quasdam pertranseunt, sicut octaui orbis uelocior motus à tempore Abrachis & Ptolomæi. Dierum ac noctium inequalitas, Solis motus à primo Arietis minuto ad libræ primum Almagesti 3. Lunę cursus uelocior graduum 1 5. tardus. 1 2. mediorum medius reliquorum'ue, ita materialia principia generationis duo si generatio corruptio'ue tempore fiat inæquali, & alterum quandoq; inæquali ente materia, nec eadem ubiq;. & genera. animal. 4. uniformi cœlesti periodo non certius determinari generationes ac corruptiones materiæ indeterminatione. Omne illud præterea cuius principia Aponi differentia. 1 1 3. poterint perfectiora conseruari ac beneficio præstantiora quoddam reddi id ipsum diutius perdurare ualet, uelut quę humanum corpus constituunt atq; conseruant. Materialia radicale humidum restaurabile differentia. 1 1 2. calidum contemperabile ne humido consumpto frigiditatem corpori & siccitatem adducat temperamenti permutatione melancolico Phlegmatico, uel cholerico ad sanguineum, uel temperatum uitę longioris differentia. 2 1. deducto extraneo, arteq; medica,

obtemperato calore, quo uita prolongabitur naturalis debiti calidi ad humidum & demum ad cor proportione, unde Empedocles quem in hoc Arist. secutus est ante omnia cor indicauit increscere quod hominis uitam maxime contineat, formalia Hylech Alchochoden syderum obseruationes à cœlo natura, seu Astrologo futuro morbo præuiso directione Hylech ad martis corpus, uel alterum calido educta bili infrigidato corpore, uel humectato siquidem egritudines mortem accelerent etiam naturalem, quo centiloquij uerbo. 5. Astrologus optimus multum malum uitare poterit e stellis futurum si earum naturam præscierit. Vitę'ue significatoribus, ymaginibus, atq; felicibus quibusuis cap. 23. Insinuandum, sperma, menses, rerum. 6. non naturalium administratio Dei maximi misericordia & gratia. Postea agentium actus materiam requirunt dispositam, a medico Astrologo'ue habiliorem fiendam, cum potissima actionis causa sit de differentijs Feb. 1. materiæ præparatio. Climati quoq; longiorem, ut indorum, breuiorem'ue nigrorum senium anno. 30. 2. 1. adducentium, permutetur itaq; quis è nigrorum terra in indiam uitæ reddetur longioris, ni specifica uirtus ac aeris obstet affectio, si uniuersale distrahat, & particulare perturbet peremptis ex Abraam. 40. hominum bello milibus. Dein ratione totius eadem ac partis, uita uero totius & uniuersalis non est determinata quoniam Antiquiori longior æuo nunc autem breuior. Adhuc si unum contrariorum in natura est et reliquum. 2. cœli & mundi uita potest abbreuiari à quibuscunq; concessum, distrahi similiter. Naturales quoq; termini non sunt præfixi omnino. Arborum populationes indicant, uermium ex putredine generationes interdum priores tardiores quandoq;, similiter fœminarum gestationes quędam. 7. ferunt mensibus, regionibus quibusdam. 8. nonnulle. 9. adhuc. 10. plurimæ. 11. uarianturq; hęc latitudine è lunæ situs uarietate, manifestum his qui casu spermatis Geneses rectificant. Nam de uir. na. 3. mensibus ante. 9. alicubi plurimis mulierum in eis perficiuntur fœtus. Insinuatur hoc idem exemplis Philos. pomi uel

recentis panis odore manu retenti illum ultra dies plures ſuperuixiſſe,
pomo autem manu reiecto ſtatim expiraſſe. Eo magis Iſaac fe-
brium. 5. anima humana ſtellis digniori, ſi regimine uitæ uteretur
productiuo, cum plures tamen uita utantur Brutali ciuilibus fami-
liaribus'ue occupati longius utiq; ſuperuiueret. Dei maximi itaq;
Geneſis uerbum talmudiſtarum expoſitione uidens Deus quod multa
malitia hominum eſſet in terra & cuncta cogitatio cordis humani in-
tenta eſſet ad malum omni tempore penituit Deum hominem, tunc
exiſtentem feciſſe in terra, & præcauens in futurum ac tactus dolore
cordis intrinſecus, delebo inquit Deus hominem tunc quidem præſen-
tem quem creaui à facie terre ab homine usq; ad animantia a re-
ptili uſq; ad uolucres cœli, penitet enim me feciſſe eos. ſ. quos aquis
tunc ſubmerſit, dixit Deus ad Noe finis uniuerſæ carnis, nunc qui-
dem uiuentis uenit coram me repleta eſt terra iniquitate à facie eo-
rum et ego diſperdam eos cum terra, nam uidentes filij Dei filias
hominum quod eſſent pulchre acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas
elegerant, gigantes erant ſuper terram diebus illis poſt ingreſſum fi-
liorum Dei ad filias hominum illæq; Genuerant, ex Daniele ibi fue-
runt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſcien-
tes bellum non hos elegit dominus neq; pro peccatis ſuis. Eccl. 16.
ſuæ uirtuti confidentes exorauerunt antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt
neq; uias diſciplinæ inuenerunt, propterea perierunt & quoniam non
habuerunt ſapientiam ſua inſipientia interierunt, nam Propheta Ba-
ruch diſce ubi ſit ſapientia, ubi ſit uirtus, ubi ſit prudentia, ubi ſit
intellectus, ut ſcias ſimul ubi ſit diuturnitas uitæ & uictus, Deus
itaq; luxuriæ peccato, nam & ſummus pontifex Phinees pro domino
zelat luxuriantes transfigens placat dominum numeri. 25. ac coitu
ſuperabundanti, Hip. quorumcunq; medicorum ſententia deleuit om-
nem carnem corporibus pollutis è ſanctis doctoribus debita mundo
pena inflicta aqua terra tota lota, ac diluuij tempore fuit, aſſeruntq;
in fine mundi cupiditate ſuperabundante igne exurendum, aurum enim

& argentum igne purgari solent. Quo pluuialis arcus, seu iris Genesis. 9. hoc signum fœderis quod do inter me & uos & ad omnem animam binos potissimum habuit colores aqueum diluuium preteritum, nec amplius timendum figurantem, ac igneum futurum iudicium igne certius significantem. Dixit igitur Deus eruntq; dies illius. s. carnis, seu hominis, tunc uiuentis. 120. annorum, tot enim annis ab hoc uerbo penitentiæ superuixit adhuc caro illa, cum 100. annis steterit Noæ super arcæ fabrica. Et hæc est uera omnium doctorum sententia. Multos etenim commemorauimus cap. 4. totoq; libro plurimos, multoq; plures in medium adduci possent si historias quascunq; euolueremus qui ultra. 120. annos post diluuium uel ab eo tempore superuixere. Nam & Ianus primus omnium Italiæ regum a quo Romanus Mons Ianiculus ac Ianuarius mensis filius Noę regnat circa annos mundi. 3725. in Italia, ut debita illorum computatione facta ultra. 800. annos uixerit. ex Homero Poetis historicis Plutarchiue Catonis Censoris uita Nestor tertiam annis. s. 300. uixit ætatem. Ecclesiasticæ ferunt historiæ septem Dormientes annis. 196. obdormiuisse. Titus Pauli Discipulus annis. 201. superuixit. Ac annis quidem manifeste palam cap. 16. ex mensibus 12. constantibus. Hæc est uera historiæ sacrę, hebreorum, Aegyptiorum, Persarum, Arabum, Græcorum, Nabucdonosor, Philippi, Alexandri, Cesaris, Diocletiani, Christi, ac deniq; Alphõsi Erarum, Olympiadis temporum, seu annorum recta, nec fallax dinumeratio. Seculares ludi. 100. quoq; anno repetendi post exactos reges a Valerio publicola Senio ferè confecto Romanis instituuntur quos celebrant postea Philippus pater, & Philippus filius, qui nunquam risisse scribitur, & patrem petulantius chachinantem uultu auersato notauisse, Imperatores anno ab urbe condita. 1000. post Christum. 200. Syllaq; rerum petitus seipsum dictatorem dixit annis. 120. cum plusq̃ 50. natus excederet, ac ex Plutarcho superuixisset annis, mente concipiens ultra. 120. annos uiuere posse. Psalmo itaq;. 54. ueniat

mors

mors ſuper illos & deſcendent in infernum uiuentes quoniam nequitie in habitaculis eorum in medio eorum ego autem ad Deum clamaui, & dominus ſaluauit me iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet uiri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Pſalmoq́; 36. nouit Dominus dies immaculatorum confirmat autem iuſtos dominus & hæreditas eorum in æternum erit uidi impium ſuperexaltatum & eleuatum, ſicut cedros libani & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius iniuſti autem diſperibunt ſimul. Reliquiæ impiorum interibunt. & Pſ. 1. non ſic impij non ſic, ſed tanq̃ puluis quem proijcit uentus à facie terræ. Inimici uero Domini mox, ut honorificati fuerint, & exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient, quia Dominus non derelinquet ſanctos ſuos, & in eternum conſeruabuntur, iniuſti punientur, & ſemen eorum peribit, iuſti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Pſalmos'ue 77. in omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus ſuis, & defecerunt in uanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione. Sapientiæ. 16. tu es Dominæ, qui uitæ, & mortis habes poteſtatem, & deducis uſq; ad portas mortis, & reducis, ſermo tuus hos, qui in te crediderint conſeruat. Cuſtoditio autem legum. 6. conſumatio incorruptionis eſt, incorruptio autem facit eſſe proximum Deo infinitus.n. theſaurus eſt hominibus. 7. quo qui uſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei. Iob breues dies hominis ſunt numerus menſium eius apud te eſt, ut ſic Deo ſoli uitæ humanæ terminus reſeruetur certaq; cognitio ſi infinitæ ſint materiæ conditiones Auer. 6. 1. coll. haberi, nec ualeant, & nobis inſcibiles fiant, cum neq; ſciri poſſit adæquata caloris proportio naturalis ad radicale humidum penes quam humana menſuratur duratio, ſi ſenſus lateant omnes, et ſub humana ratione nequaquam cadant. Eccleſiaſtes 4. ſapientia filijs ſuis uitam inſpirat, & qui illam diligit diligit uitam, Qui tenuerint illam uitam hæreditabunt, & quo introibit benedicet Deus. Nam cap. 19. qui

odit correptionem minuetur uita. Mirabilia. 11. opera altissimi solius & gloriosa absconsa, & inuisa opera illius bona & mala uita, & mors paupertas, & honestas à Deo sunt. Si uolueris mandata conseruare. 15. conseruabunt te apposuit tibi aquam & ignem ad quod uolueris porrige manum tuam ante hominem uita & mors, bonum & malum quod placuerit ei dabitur illi quoniam multa sapientia Dei et fortis in potentia uidens omnes sine intermissione. Apostolus ad Philippenses. 2. de Epaphrodito infirmatus est usq; ad mortem, sed Deus misertus est eius non solum autem eius uerumetiam & mei.

Medicorum ac legislatorum rationibus quoruncunq; ætates numero terminato cap. 17. neq; assignari posse contra Auer. et reliquos certius monstrauimus, nulloq; annorum statuto termino extrema præfigitur ætas. Varro Togatorum doctissimus quintę ætati certum annorum numerum, neq; assignat determinatum, ex Gal. de tuen. san. 1. Atq; ita geminum iam scopum salubris uictus sermo noster exposuit, Alterum eius quod exhaustum est reficiendi, alterum excrementa expellendi, Tertius nanq; qui huc spectat ne animal preproperè senescat duos iam dictos necessario commitatur, si enim in neutro sit erratum, neq; quod exhaustum est restituendo, nec excrementis expellendis et sanitate interim corpus fruetur, et uigoris tenorem q̃ longissime seruabit. Dioscoridis ægyptiorum heresim fuisse testatur Plin. ueterum autem authoritas ab illa ægyptiorum sententia quod ego tamen acutius quidem existimo quam uerius. Prolatis quidem superioribus exemplis longe dissentit. Inter alios uero complures, qui annos aliquot supra. 100. uixerint unus quidem Xenophilus musicus. 105. annos sine ullo corporis incommodo ex eodem. Iacobi'ue Sansouini auus annis 107. æuo nostro superuixit. Et nunc quidem uiuant quamplurimi. Viuit adhuc Venetijs Antonius Madius de Montagnana Xenophontis Scribæ Auogariæ suocer annos 104. agens mensis die 4. natus Aprilis nullo carens dente nullo'ue corporis affectus incommodo. Et uitam usq; ad annos. 109. protraxit. atq; Mesue inquit. n. Hip.

molestus est elleborus eis quorum sana sunt corpora ars autem & cura est in restituendo, & propinando quando et cui oportet, Facit.n. tunc operationem incolumem. Quis. n. bonus ac expertus Medicus maximam ellebori nigri quantitatem euo præsenti incolumiter languentibus non propinauit.

Serapione, Alexandro, Pauloq; pro ellieborismo albo utente elleboro bono, nec uenenoso, quo Mes. reprehendit Manardus, forte ueneno ex Dios. malo, ut etiam albo arte mitiori reddito atra laborantes bili Galecoq; morbo male affectos quotidiana experientia optime nihilominus correpto mirabilius sanare ualeamus. Halyabbate. 1 Hip. acut. lib. morb. charitum nigrum pleuritidi ad naturam dat soluendum Gal. Cœteri'ue Grecorum acutis passionibus Mellicratum propinant. Harec medici & Teresiæ pro eo Iuleb utuntur naturamq; soluunt cassia fistula, Terengebino, Tamarindis, syrupo roseo & uiolato, lebebdi aqua, ac similibus. ut usum uarient aliqui aliter alibi.

Principe 3. 1. cap. sing. si recte restauretur quod nostro in corpore resolutum est prohibeaturq; causarum siccitatem accelerare facientium Dominium uictu custodiente a putrefactione corporis tutela & custodia a potestate caloris extranei extrinseci, aut intrinseci arte medica cap. 9. longius demonstratum humanum corpus ad naturalem perueniet terminum, & ad ultimam uitæ longitudinem producetur. Nicolao Florentino expressius supra 2. tr. 2. sum. 4. cap. 14. de speciebus febrium continuarum, Alia reseruat materiam suam ad unicam expulsionem semper breuis & facile pronosticon, febris autem non seruans huic opponitur nostris temporibus occurrens frequentius, rarius altera apud antiquos frequentius, inconuenienti regimine'ue inordinato quo utuntur coætanei nostri tum infirmorum inobedientia ac medicorum plurimum astantium'ue errore dieta multo plus debito incrassata maxime ciuitate Florentiæ ac conuicinis eius, ubi medici dietam tenuem exulem fecere plus conuenienti quotidie eorum mentibus instillans Hippocraticus Aphorismus in tenuibus dietis magis peccant egrotantes, quos parcissimos nihilominus prædicant

cætere nationes his luxuosissime, unde contingit febrem seruantem materiam ad unicam expulsionem quandoq; in illorum manibus neq; talem permanentem, uerumenim in oppositum permutari, hinc pro= nosticis quotidie fiunt uolubiles hodie salutem affirmant de illa cras hæsitant aut mortem pronuntiant, ibidem cap. 31. de acut. diet. Rasi medicum consulenti re obscura, aut scientia diminutum multum cibare patientem, quoniam retardatio Digestionis ex cibatione non est periculosa sicut casus uirtutis, possibile nanq; est, ut uirtus sit for= tis, quamuis digestio retardetur, & quod egestio soluatur, & hoc maxime attendere debet circa dietam olim ab Authoribus medicinæ traditam, & illam aliquo modo crassiorem efficiat quoniam uirtutes modernorum multum defectæ sunt comparatæ ad uirtutes antiquorum quam uirtutum defectionem fortasse efficit regiminis malitia saltem à. 10. annis citra in nostras regiones egressa qua superfluitates mul= tæ generantur naturam grauantes quoniam uictus prauitas ista maxi= me repletione consistit quam uirtus bene digerere non ualet, & iam in consuetudinem abijsse fere apud omnes. Plinius naturalis hist. 4. cap. 12. ultra aquilonem ubi creduntur esse mundi cardines ex= tremiq; syderum ambitus gens fęlix Hyperborea annoso degit æuo Regio Aphrica fęlici temperie omni afflatu carens noxio domus ijs ne= mora luciq;, discordia ignota, & egritudo omnis, mors non nisi uitæ satietate, ex quadam rupe ultimo senio in mare sponte saliens genus sepulturæ hoc autumat beatissimum. Cyrnios indorum genus eiusdem 7. cap. 2. ex Isigono annis centenis quadragenis uiuere, item Aethio= pas Macrobios, & seras, & qui Athon montem incolant, quia uiperinis carnibus aluntur, ut nec capiti, nec uestibus eorum noxia corpori in= sint animalia. Hæc atq; talia ex hominum genere nobis miracula in= geniosa fecit natura, & singula quidem quę facit in dies, ac prope ho= ras quis enumerare ualeat ad detegendam eius maiestatem & poten= tiam. Iacobus parti. 1. 1. doc. 3. cap. 3. dico breuiter ultra termi= nos naturalem & abbreuiatum, ponendum esse terminum naturalem

transeuntem ex Gal. de maras. cap. 5. senij marasmum. 1. arefa-ctionem impossibile est utiq; soluere, adiuuare uero, ut ad plurimum extendatur possibile est, & prohibire quidem senectutem impossibile est detinere uero eius festinantiam possibile, cum possibile sit aliquandiu obtundere uires causarum resoluentium, & confortare humidum innatum, ac suauiter educere humidum superfluum ab indigestione in senio naturali necessario acquisitum ad mortem cooperans ad quod faciunt mirabalani ac trifere. ex medicis ergo possibile est retardare mortem certo tempore uenturam secundum principia naturæ adinuentionibus artis, huic prodest cœlestis influxus uni quam indiuiduorum alteri fauentior ac benignior, & eo amplius ac pre cæteris aliquem diu custodiens alicuius magnæ utilitatis gratia diuina prouidentia. Communi itaq; cursu ac regulari pauci naturalem attingunt terminum, quem pertranseunt rarissimi, atq; Theisir 3. summa potentia & sapientia à Deo liberati. ex Seneca persarum magi Plat. defuncto immolarunt quoniam natali decessisset suo. Legum peritiores Bartholus super 1. ff. ueteris rubrica de minoribus. 25. annorum, Baldus, Ioannes Andreas, Alexander, & reliqui loquentes de etate per aspectum probanda. Dicunt ad probandum etatem anni sufficere descensiue. 5. menses ascensiue. 6. ad etatem triennij descensiue annus ascensiue. 18. menses. Ad etatem. 7. annorum descensiue biennium ascensiue triennium. Et sic successiue. 12. annorum feminæ &. 14. maris. annorum quoq;. 25. 40. 70. ac. 100. annorum tantum etatem aspectu probantes. Vlterius non procedunt. Verumenim ex Philos. posteriorum. 1. exempla ponimus non ut ita sint sed ut sentiant qui adiscunt. Ratio quoq; pro nobis erit. nam quis aspectu poterit alterius etatem. 100. annorum esse iudicare, aut testari si ultra. 100. ipse annos non superuixerit. Cum ideo rarissimi sint qui ultra. 120. superuiuant annos ex aspectu ab alijs plurium annorum eorum etates, nec poterunt pluries probari. Siq; excessu. 15. annorum. 100. etas iudicari habeat ultra. 100. annos ex legum

peritioribus scilicet. 115. & perconsequens ultra. 120. annos sue peruenire potest homo. Philosophi dicunt naturam humanam et reliqua sub lunari orbe quandoq; imbecilliora, fortiora quandoq;, ac uiribus media existere. Pro capitum octaui ac decimi orbis ex Astrologis coitu. Recessu ac Diametro, Iouis Saturnine amplexu, luminarium deliquio, cæteris'ue. Ideo transmutationes cœli ac mundi. 1. 22. atq; methe. 1. 5. infinities ad nos peruenerunt. Natura itaq; uniuersalis intendens specierum conseruationem perpetuo in eius addit uigorem. Solino cap. 52. gens attacorum quibus temperies prærogatiua miram aeri clementiam subministrant arcent sane afflatum noxium colles, qui salubri apricitate undiq; secus obiecti prohibent auras pestilenteis, atq; ideo, ut amometus affirmat Par illis et hyperboreis genus uitæ. Maumethis præcepto Arabes & ægyptios omne Philosophiæ ac medicinæ studium ut luxuosius uiuerent nullis intenti speculationibus sanctis'ue moribus aboleuisse proditur. Ipseq; met omnium suorum studia deleuit resecans quicquid arduum erat in credendo, & in operando difficile, concedensq; omnia ad quæ mundani proni erant gulam, luxuriam & rapinam: unde factum est, ut potentia, & dolo maxima hominum feralium multitudo breui deciperetur. Aristoteles cum natura humana & ordo eius cum alijs sit, ut quidam circulus. 2. generat. T. C. 25. 59. 68. 69. unde probl. 17. 3. circulum esse dicunt humana huius motus uniformis existit, uel paululum diuariabit. Astrologorum neq; solum animaduertendus est Genesis cAlchoboden, si quam plurimos uiderimus, qui ultra annos ab ipso datos alijs quibusdam superuixere annis, uelut Genesi Leonis X. Pontificis maximi qui ultra annos ab Alchochoden datos annis fere 6. superuixit testibus principibus multis qui non parum, tunc admirati sunt, & sic de reliquis. Vt ultra particulares etiam uniuersales animaduertendæ sint occasiones climata & reliqua. Indorum enim clima primum inhabitantes Saturno subditos reliquis ceterorum climatum habitatoribus, profecto reddit longeuiores, ut horum plures

nec moriantur extremo ni senio defecerint, non enim ex Albumasar sub se genitos Saturnus cap. 13. uelut extraneos lędit, Ptolomeus centum uerborum. 8. astrorum promißa augeri posse probat, sicut agrorum cultor auget terræ uirtutem. Censorinus ex Pyth. Cereio, Architha, Plat. Xenocrate, Dicearcho antiquis Achademicisq; Philos. Arist. Theoph. ac peripateticis negat omnino posse reperiri aues ne ante an oua generata sint, uulgo quid prius fuerit ouum an gallina cum & ouum sine aue & auis sine ouo gigni non posit, ita & omnium quæ in isto mundo sunt orbem esse quendam generantium nascentiumq; in quo uiuuscuiusq; geniti initium semel, & finis esse uideatur, constareq; homines singulos ex parentum seminibus esse procreatos successione prolis multa secula prorogare. Exemplis ex Prin. 1. 4. tr. 2. cap. 7. non est dispositio in concessione eius quod nunquam uidet & non auditur neq; de quo testificatur exprimentator, aut sapiens, sicut concessio eius quod testificat qualis Hip. & eo amplius cap. 4. obseruationes. Ignauorum & insanorum opinionem uanam & improbam non modo reijci, sed ut nephariam ac flagitiosam coargui, decennio enim Troia capitur. Atq; thebe Demetrij uita apud Plutarchum bis decennio capte. Maiora ac ferme decennio facta esse incredibiliora. Amentes & uulgares de elementis 1. non cognoscunt ellebori cucumeris asinini, et reliquorum iuuamentum & nocumentum licet uideant, sicut cœteri hæc uisibiliter odorent tangant, & gustent, immo deficiunt à cognitione eorum philosophorum multi, sicut à mensium perfecta dinumeratione, quod autem egreditur ab eo quod est conueniens in arte medicinæ non conuenit ei audire sermonem Hippocratis. Ratione aduersatur cum uitæ terminus sit contingens magis, nec omnino præfixus, poterit is non modo retardari uerumetiam protelari, si nata sint circa idem, ex Palin. differentia. 113. fieri contraria ac mors, seu naturalis, seu accidentalis aliquo subsidio protendi medico opere putrefactione omnino prohibita, uel humidi resolutione impedita. Licet à morte securos nos,

neq; penitus reddat, neq; unumquodq; corpus ad ultimum longitudinis ars medica perducat, utpote ultra annos 120. alioquin corpus optime constitutionis minime arte indigeret procuratoria ex Gal. de Tabe supra, siquidem possibile sit humidiorem operari cordis substantiam epatis & reliquorum supra cap. 10. dein ex Haly med. ar. 3. canone 213. scientia medica uidetur principaliter ordinata fore in uitę productionem, possibile enim est sint medicinæ prohibentes senectutis uelocitatem à frigore, ac membrorum siccitate, & eo prolongetur uita hominis regimine bono, sicut dicitur ꝙ homines uixerunt centenis annis ex trifera bonam efficiente concoctionem colorem floridum ac uniuersaliter uitam protendente, sicut forsan diutius uiuentes olim compererint medicinas quibus ipsorum uitæ fuerint longeuiores tristeraq; ultimiores (ceruum enim refert Isidorus languore grauatum odoratu serpentem quęrere illum ipsum pedibus cauerna effossum comedere, ueneno cuius temperatur & equatur complexio, Diptamo præesso sagittas quoq; ueneficas euellentem e corpore. Senescit itaq; improprie mundus ex Nic. Fl. s. 1. d. 4. tr. 1. cap. 23 Si ætas mensura sit corporis uiui dispositiones mensurans, neq; permixtione; aut elementorum utriusq; diluuij inuicem corruptione hominis uita abbreuiata est, si postea ab aquæ diluuio longinquius ualde multis annorum millenarijs inordinato palam manifestissimo uiuendi ordine cap. 10. ab anno Christi 1294. usq; ad annum 1464. paruula hac temporis intercapedine annorum 100. Iubileus in 25. annum fuerit permutatus, plurimiq; cap. 4. 5. totoq; hoc opere, qui ultra 120. annos ab aquæ diluuio superuixerint, dinumerentur. An autem Astrologi Genethliaci, ac imaginum authores Hylez. s. fortunantes, sicut ipsi asserunt possint in uitę nati salutem productionem, & cętera, imaginem licet fœdix Regionem destruentem & Thebit construxerit, ac concil. differentia. 113. inuocato summo Deo Ioue cœli medio luna ad ipsum eunte Græcorum Regum more suis petitionibus scientiam acquisierit cap. 23. fiet manifestum certius. probat autem Petrus

Aponensis

Aponensis argumentis pluribus teste Arist. Gal. & Haly, naturalem uitæ finem non esse ab initio ad unguem determinatum, ultra uerumenim citraq; moueri posse. Vt homines nostra hac regione ex Nicol. Flo. s. 1. d. 4. tr. 1. cap. 27. ultra annos 90. aliqui usq; ad 100. uiuant, quos transeunt paucissimi, neq; naturali pereuntes morte rarissimi multis regiminis erroribus hodie ab hominibus commissis. Qui enim ante 75. annum moriuntur morte accidentali, ut plurimum pereunt. A philosophis nihilominus neq; a medicis inuenitur positus numerus annorum uitę naturalis. Regum igitur 4. cap. 18. ac 20. ægrotat Ezechias usq; ad mortem prędicente Esaia filio Amos propheta dixit dominus præcipe domui tuę morieris enim tu & non uiues, qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit dominum dicens obsecro domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim fleuit itaq; Ezechias fletu magno, & anteq̃ egrederetur Esaias mediam partem atrij factus est sermo domini ad eum dicens reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei hæc dicit dominus Deus Dauid patris tui audiui orationem tuam, & uidi lachrimam tuam, & ecce sanaui te die 3. ascendes templum domini, & Addam diebus tuis 15. annos, confirmatur. 2. Paralipomenon 29. 30. ac 32. f. & Esaiæ 38. a. atq; de pe. di. 1. cap. Quamobrem 46. di. cap. 2. in diebus Ezechiæ eccl. 48. retro redijt sol, & addidit Regi uitam, nam petente salutis signo Ezechia respondente Esaia an vellet Horologij umbram ascendere 10. lineis an retrorsum reuerti 10. gradibus inuocante Esaia propheta dominum reduxit umbram per lineas quibus iam descenderat in horologio Achaz retrorsum 10. gradibus, ut anno mundi 4472. ante Christum 772. Dies horis 10. alijs proportionalibus longior fuerit. Eccl. 47. d. Esaiæ. 39. a. c. & cap. 46. in iracundia Iosuæ impeditus est sol, & una Dies facta est quasi duo. Sol immobilis contra Auer. & philosophum 9. meta. t. 17. non est timendum cælum quiescere, nam si possibile esset cœlum quie-

scere 98. 4. phis. possibile esset nos esse in esse non transmutabili lib. Iosuæ a Deo iudex constitutus super Israel anno mundi 3725. ante Christum 1474. post Mosis mortem in Gabaon pugnans soli pręcepit, ac Lunæ inquiens sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra uallem Aialon, steteruntq; ad pręceptum eius Sol & Luna, nec occubuit sol unius diei spacio donec ulcisceretur se de inimicis suis, diuisit quoq; Iordanem & Moses mare rubrum siccis pedibus populum traducentes. Ex Orosio quoq; historico famosissimo ac Eutropio circa annos mundi 4859. ante Christum 350. nox usq; ad plurimam diei partem tendi uisa est. Atq; ex Cronicis circa annum Christi 806. sol stetit trium dierum spacio, ut Carolus Magnus uinceret hostes. Ps. 17. commota est & contremuit terra fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt quoniam iratus est eis Ps. 32. uerbo domini cœli firmati sunt. Ps. 59. commouisti terram, & conturbasti eam. Eccl. itaq; cap. 50. orauit Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à uentre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum misericordiam suam. Nam cap. 38. fili in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Est enim tempus quando in manibus medicorum incuras ipsi uero dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum in sanitatem propter conuersationem illorum, qui dereliquit in conspectu eius, qui fecit eum incidet in manus Medici. Esaiæ etenim 40. qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem assument pennas, sicut Aquilę uolabunt, et non laborabunt ambulabunt, & non deficient dominus exercituum, itaq; 14. dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare.

Vita hominis ultra 120. annos a sancta, atq; indiuidua Trinitate longe protrahetur diutius. Cap. 23.



ESSENTIA & unum cum duo sint ex Plat. Parmenide, si autem quodlibet eorum unum est, & utrunq; unum mutuo quodam coniugio inuicem est connexum. Non ne Tria uniuersa resultant, & tribus ex Trimegisto perficitur mundus Trinus elementalis, cœlestis, & intellectualis corpus spiritum, & animam conseruantia, si nephas sit solum animi seruum i. corpus colere corporis uero dominum regem'ue negligere, sic'q; homo ex anima, & corpore constet animi imperio corporis'q; seruitio magis uti debeat. Contra uel diuersum euntes hunc ordinem penitus anihilant & perturbant, cum totum corpus ex Platonicis, ita ab animo pendeat, ut ni animus bene ualuerit corpus bene ualere non possit. unde Apollo non Hippocratem sua stirpe genitum corporis, sed Socratem animi saluti studentem sapientissimum iudicauerit, utrunq; à solo Christo effectum. Sic'q; quo quis'q; inferior est à superiori regatur, ac suarum uirium suscipiat influxum, ut ipse architectus, & summus opifex per cœlos elementa, ac mixta suæ omnipotentiæ uirtutes exinde in nos transfundat in quorum ministerium, hæc omnia condidit atq; creauit, nos per eosdem gradus cœlestem longæuissimam'q; uitam frui ualemus, & adipisci. Corpus igitur tuetur Medicus. Cœlum spiritum, animam Christus utrunq; uerius. Medica enim ars sine fauore cœlesti ex Hip. & Gal. sepius inanis sæpe etiam noxia, sic instinctu cœlesti diuinitus instigante serpentes quidem marathro, Hirundines autem Chelidonia oculis medentur, Aquilæ uexatæ partu aetitem lapidem diuinitus quo fœliciter oua statim emitterentur inueniunt, ut Deus cœlo ad medicam bruta quoq; instiget, Vita hominis itaq; trifariam ultra 120. annos protrahetur. Primo diuino miraculo præcepto, uel auxilio cum homines ex

apparentibus de alimentis Hip. quæ non apparent considerare nesciant sua imitantur. Deorum enim mens sua docuit imitari eos, qui sciunt quid faciant, qui uero nesciunt sua imitantur. Legem homines sibi posuerunt nescientes qua re, & quæ fecerunt nunq̄ similiter semper habent recte, & non recte, sed quæ Dei semper eodem modo, & recte habent, qui quidem gnarus est semper recte nouit, qui uero ignarus non semper. Nam de nutricatu Hip. qui cunctis dominatur cuncta secundum naturam regit. Creatoris enim summi nutui omnia obediunt. Deus autem noster in cœlo omnia quæcunq; uoluit fecit. Ps. 7 . Quis Deus magnus, sicut Deus noster. Tu es Deus qui facis mirabilia. Cantico Annæ Dominus mortificat & uiuificat. Ps. 67, Deus Deus noster saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Psal. 32. Quoniam ipse dixit & facta sunt ipse mandauit et creata sunt. Deus. n. longam dat uitam ac breuem. Nam ps. 108. imprecatio Dauid in hostes domini fiant dies eius breues. ac ps. 90. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Ps. 144. custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet alleuat dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos. ac Ps. 138. si occiderit Deus peccatores, atq; 135. excussit Pharaonem & uirtutem eius in mari rubro, qui percussit Reges magnificos, et occidit Reges fortes. Psalmus'ue 134. qui percussit primogenita ægypti ab homine usq; ad pecus, qui percussit gentes multas, et occidit Reges fortes Seon Regem Amorreorum, et Og Regem Basan. Et Ps. 132. quoniam illic mandauit dominus Benedictionem, et uitam usq; in seculum. Psal. 128. dominus iustus concidet ceruices peccatorum supra. Psal. 114. Circundederunt me dolores mortis humiliatus sum, et liberauit me, quia eripuit animam meam de morte. Ps. 118. ueniant mihi miserationes tuæ, et uiuam intellectum da mihi, et uiuam. Ps. 107. Ad nihilum deducet inimicos nostros Psal. 106. eduxit eos de tenebris & umbra mortis, appropinquauerunt usq; ad portas mortis & clamauerunt ad dominum & libe-

rauit eos misit uerbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de inter-
nitionibus eorum. Psal. 35. homines & iumenta saluabis domine
quoniam apud te est fons uitæ. Psal. 36. Benedicentes te heredi-
tabunt terram maledicentes autem ei disperibunt, substinentes autem
dominum ipsi hereditabunt terram, mansueti autem hereditabunt ter-
ram, & delectabuntur in multitudine pacis iunior fui etenim senui,
& non uidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem san-
cti tui in eternum conseruabuntur. Psal. 3. Domini est salus &
super populum tuum benedictio tua. Psal. 7. Iustum adiutorium
meum à domino qui saluos facit rectos corde. Nisi conuersi fueri-
tis gladium suum uibrabit arcum suum tetendit, & parauit illum,
& in eo parauit uasa mortis. Psal. 9. Infirmabuntur & peribunt à
facie tua, qui exaltas me de portis mortis præoccupauerunt me la-
quei mortis inuocaui dominum & ad Deum meum clamaui, & exau-
diuit de templo sancto suo uocem meam, & clamor meus in conspe-
ctu eius introiuit in aures eius. Psal. 103. Auertente autem te
facie turbabuntur auferes spiritum eorum, & deficient, & in pul-
uerem suum reuertentur. Psal. 102. Qui sanat omnes infirmitates
tuas, qui redimit de interritu uitam tuam renouabitur, ut aquilæ
iuuentus tua. Psal. 97. Notum fecit dominus salutare suum ui-
derunt omnes termini terræ salutare Dei nostri. Cantico Abacuch
opus tuum in medio annorum uiuifica illud. Psal. 88. Minorasti
dies temporis eius. Psal. 60. Quia ipse Deus meus & Saluator
meus adiutor meus non emigrabo dies super dies regis adijcies annos
eius usq; in diem generationis, & generationis permanet in eter-
num in conspectu Dei misericordiam & ueritatem eius quis requi-
ret. Cantico Ezechię corripies me & uiuificabis me. Psal. 41.
apud me oratio Deo uitæ meæ. Psal. 29. & uita in uoluntate eius.
Psal. 32. non saluatur Rex per multam uirtutem & gigas non sal-
bitur in multitudine uirtutis suę fallax equus ad salutem in abun-
dantia autem uirtutis sue non saluabitur, ecce oculi domini super me-

tuentes eum, & in eis qui sperant super misericordiam eius, ut eruat a morte animas eorum. Psal. 25. in domino sperans non infirmabor. Psal. 117. castigans castigauit me dominus et morti non tradidit me, fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem, confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus est mihi in salutem, Ibidem quoq; repetitum. Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Psal. 59. Deus repulisti nos, & destruxisti nos iratus es, & misertus es nobis da nobis auxilium de tribulatione quia uana salus hominis. Psalmo. 61. à Deo salutare meum. Nam & ipse Deus meus & salutaris meus & susceptor meus non mouebor amplius. Psal. 68. Quærite Deum & uiuet anima uestra. Atq; 15. Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Et. 20. uitam petijt à te & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi. Psal. quoq;. 22. & ut inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Dominus igitur psal. 82. & cognoscant quia nomen tibi dominus tu solus altissimus in omni terra. ut psal. 17. Quis Deus præter dominum. aut quis Deus preter Deum nostrum. Ex Plat. parm. Nullum nisi Deum dices supremam habere scientiam & dominationem omnia quæcunq; uoluit fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Sicut enim Chaldei et Egyptij ad Iouem confugiunt, ex Crinito sic placitum Ioui, qui Nutu regit omnia. Ita Platonici ad diuinam contemplationem tota mente se conferunt quo pacto fati malignitatem deuitari posse credunt, diuinum itaq; contra discrimina patrocinium obsecrantur. Quod impetrari posse Habraam, Moses, Samuel et hebreorum plures eleuatione mentis in Deum uotisq; & sacrificijs confitentur, præceptum id Chaldeum confirmantes si mentem ad piætatis opus ardentem erexeris corpus quoq; caducum seruabis. Ex iamblico cœlestia mundanaq; numina uires quasdam superiores inferioresue habere per has effectibus nos fatalibus deuincire per illas uicissim soluere nos à fato quasi claues ex Orpheo

ad aperiendum habeant, & claudendum. Multo igitur magis diuinitas mundo superior à fatali necessitate nos redimet. Hebraico adagio mactandis animalibus rebusq; nostris sacrificio dissipandis mala cœlitus imminentia à nobis ad nostra deflecti. Sapientiæ itaq;. 11. non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quę creauit orbem terrarum ex materia inuisa, quia omnia potes, & cap. 12. omnium dominus es etiam hominis uitam diutius protrahere & ultra. 120. annos longius. Nam in uerbo Dei cantico Moysis Prophetæ, ego occidam & ego uiuere faciam percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. Eccl. 11. bona & mala uita & mors paupertas, & honestas à Deo sunt Psal. 33. quis est homo, qui uult uitam diligit dies uidere bonos prohibe linguam tuam à malo, et fac bonum inquire pacem, et persequere eam, oculi domini super iustos, et aures eius in pręces eorum uultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, clamauerunt iusti, et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Humiles spiritu saluabit custodit dominus omnia ossa eorum unum ex his non conteretur. Sic potuit Christus clauso prodire sepulchro. Sic præcepit ex Gal. Creator superciliorum pilis. 11. Par. usu equalem semper seruarent magnitudinem et ipsi uerentes Deum obseruant illud. Sic cicade apud rheginos mute nec usquam alibi, quod silentium miraculo est nec immerito cum uicinæ quæ sunt locrensium ultra cæteras sonitent, ex cranio Deum iusisse ne streperent, itaq; ex eo ceptum silentium permanere. Facilia Deo omnia sunt ex lino Poeta nihil est impossibile Deo. Sic Hesiodum in Boetia pecudum pastorem poesim repente adeptum. Sic Orpheum Thraciæ desertis ad museum de se ipso scribentem uatem momento effectum. Sic Epimenidem cretensem. 50. annorum somno eruditum. sic Pythagoram latentem Heraclitum atq; Democritum. Dauid enim literas non didicit ex pastore uates effectus diuinarum rerum scientissimus. Salamon unius noctis somnio omnium superum

et inferum sapientia repletus est. Sic Esaias, Ezechiel, Daniel; Cæteriq; Prophetæ, Apostoli, et Sancti eruditi sunt. Sic collocauit Deus firmamentum in medio aquarum. Sic Paradiso terrestri sacrum constituit fontem e quo sacris quatuor fluminibus irrigatur uniuersus terrarum orbis. Sic iustitiæ aquarum generali super omnem terram diluuio gigantes moriuntur et. 120. Annorum uniuersa caro. sic rubro mari medio siccis pedibus populo suo educto, sicut iordane medio Pharaonis exercitus submergit, et miraculose de petra deserti aquam eduxit, aquæ'ue surgunt sampsonis precibus uiuæ fonte ex molari maxillæ asini dente. Sic apparuit Deus Mosi in rubro ignis ardentis. sic præcessit filios Israel in columna ignis. Sic constituit ignem inextinguibilem in tabernaculo fœderis conseruandum, eundem extinctum reaccendit, et sub aquis latentem inexstinctum seruauit. sic diuinitus missus est Iudæ machabeo gladius ut inimicos populi Israel concideret. Quæ quidem et huiusmodi in momento subito non successiue non tempore assequi pro certo non est humani animi sed diuinitus inspirati uidelicet cui inest Deus omnia operans. Non ab re igitur Tres gradus Triaq; rerum formandarum genera constituuntur ars quidem naturę simia eiusq; imitatrix materiam in actu sensibilem es lignum ceram ebur subiectumq; quodam postulat quę sub tactu cadat atq; conspectu ac nisi aliunde, parata mancha omnis res atq; inanis esse cernitur. Natura uero prima quam nullus uidet animo aut oculis cernit uelut minutissimum semen nec cogitatione quidem ac mente complexum requirit materiam in potentia informem endolechiam priuationem tenuem adeo exilem ac pusilam formę tantum ratione intelligibilem, Deus autem qui longissime uim totius naturæ autecellit ac pręstat nec aliunde parata materia nec ullis prorsus eget seminibus sed de nihilo nullo'ue medio quę sui muneris maximę propria sunt omnium Author omnium initium et finis ante omnia et post omnia in seipso persistens soliq; sibi ipsi creandi potestatem reseruans ex nihilo creat potius sola ac uoluntate quecunq; uult

perficit

perficit æternus opifex. Ideo Posidonius dicit esse mundum à Deo, & primo esse Deum, deinde naturam, postea faum philosophorum hist. Gal. itaq; de tempe. 2. reprehendit medicos, qui non rememorantur uirtutis formatiue, quæ est in natura naturata sapientia, & prudentia ipsa nanq; informat membra secundum quod moribus animæ conuenit, Arist. enim nedum alij in rebus huius uirtutis dubitauit, ita quod dixit de ea quod est digna, ut sit principij altioris, & maioris, & propinquior, ut sit diuina, & non sit propter caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem, non ergo uideo quod ille, qui præmittit iudicium harum cum magnitudine earum, ita ut referat formationem qualitatibus tantum recte agat melius nanq; est, & similius, ut dicatur quod qualitates iste non sunt, nisi instrumenta, & res formans sit alia ab eis. Ipse nanq; Deus in animas sanctas se transferens Prophetas, & mirandorum opifices constituit ex Platonicis, ac Pythagoricis uisu, uerbo, & opere potentes. Ex Paulo omnia possum in eo, qui me confortat Deus. Philosophi'ue secretis intellectum bonum, & sanum posse in naturæ secreta dummodo adsit diuinæ uirtutis influentia alias nequaquam. Non ne princeps homo est cęteris hominibus similis, quem timent reliqui ac reuerentur, & eum ipsum euehit terror diuinus, iustosq; in corpore ex sacris literis Enoch & Heliam translatos conseruat dominus in Paradisoq; seruantur integre iusti ad regnum diutius aliqui uelut Ioanis. 21. sic eum uolo manere donec ueniam, hominibus etenim integerrimis innocentibus, ac domini legem doctis omnis utiq; creatura seruit, & ad quæcunq; petierint exaudiuntur. Sic Heliam coruus pauit, cuius precibus terra fructus retinet cœlum negat pluuiam, ac in impios ignes euomit, sic Eliseo seruiunt ursi militant Angeli, flumina siccis transeuntur pedibus, Danieli posita ferocitate neglectaq; fame adblandiuntur leones, & succensus in fornace ignis non urit pueros, sic Mosem tot signa edidisse uirgam in colubrum, aquas in sanguinem uertisse ranas, muscas, pediculos, locustas, brucos, ignem cum grandine, uesicas, & tabes Aegyptijs immisisse, primogenitum

omne ab homine usq; ad pecus interemiße, suosq; deducentem mare aperuisse, fontem de Petra, coturnices de cœlo produxisse, aquas amaras dulcoraße fulgura, & nubes interdiu columnam ignis nocte suis præmisisse, uocem Dei uiuentis ad populum è cœlis deuocaße, Arrogantes igne murmurantes lepra percussisse, male merentes subita strage alios terræ hiatu absorptos affeciße, populum cœlesti cibo manna quotidie pluta annis 40. in deserto pauisse, serpentes placasse uenenatos curasse, numerosam turbam ab infirmitate uestes eorum à corrosione conseruasse, & hostium uictricem reddidisse. Iosue stare solem precepisse. Heliam ignem in aduersarios è cœlo deuocasse puerum mortuum uitæ restituisse. Danielem leonum ora perstrinxisse. Tres pueros in camino æstuantis incendij carmina lusisse, Vt omnia ex Paulo ad Corinth. Epistola. 1. in omnibus operetur Deus. Et ex Pytha. philosophorum hist. Deum extendisse, & gubernaße mundum primumq; omnium esse effectiuissimam causam eorum, quæ sunt & quæ fiunt à quo mundus, & cogitatus est Deus. Cœlo. 2. si ex Hip. de carnibus anima de cœlo sit dolere languere mori quicquid boni, mali'ue in homine est de cœlo proficiscatur, uehementius fauente, quoniam totus iste mundus sensibilis contiguus est lationibus superioribus, ut tota eius uirtus inde gubernetur philosophi mete. 1. ac generat. 2. te. 56. motus obliqui circuli causa est generationis, & corruptionis in his inferioribus. Et 12. meta. c. 50. Astrologi dicunt ꝙ formę quæ sunt hic obediunt formis cœlestibus. At ex Macrobio Luna maris aquas attrahat moueatq; post se sensu etiam ipso teste fluxum, ac refluxum maiorem efficiens maioris, ac minoris instar luminis, ut huius ortu ex occidentis parte intumescat magis ex parte uero orientis decrescat, & hoc propter rem cœlestem 3. 1. doct. 5. cap. 1. cuius qualitas non est hominibus cognita. De bona quoq; fortuna his persistens, quæ non in nobis existunt non autem quorum ipsi domini sumus, & potentes operari, primo cœli Auer. cœlum ligamentum est inter substantias abstractas, & ista inferiora. Nam de

cœli qualitate Hip. quisq; artem medicam recte perquirere uolet hæc faciat oportet primum tempora anni consideret dein uentos communes, & regionum singulares aquarum vires ore gustu, & pondere hominum uictum astrorumq; ortus & occasus teneat scito tamen astronomiam non minimum ad medicinam conferre, sed ualde plurimum, nam cum anni temporibus mutantur, & horis uentriculi, ortus astrorum presertim caniculæ caueto dein Arcturi Vergiliarum & reliqua. Auic. 2 1. cap. 8. ille uero, quæ res sequuntur cœlestes sunt, sicut ea quæ stellarum causa accidunt, ac 3. 1. de subet, & somno causa sole ac luna lumine plena humores attrahente ad circunferentiam à centro operans uacua uero conuersum faciens, Scotus sententiarum. 2. sanctus'ue doctor 1. partis quæstione 113. articulo 3. 4. 5. necesse est, ut superiora corpora suas habeant influentias, & uirtutes quibus in hæc inferiora i fluant, expressius à nobis insinuatum de cœli influxu, unde 4. Manlius fata regunt orbem. Mutationes enim sunt s. temporum, quæ hominum mentes excitent, nec torpescere quiescere'ue sinunt. Ante omnia igitur Caldei innuunt actum uitamq; nostram stellis tam uagis q̃ stantibus esse subiectam earumq; uario multiplicíq; cursu genus humanum gubernari, sed ipsarum motus schemata, & effectus à Sole crebro immutari. Nam ut aliæ occasum nonnullæ stationem faciant nosq; omnes hac sua disparilitate pariter afficiant solis fieri potentia. Itaq; eum qui stellas ipsas quibus mouemur permouet animam nobis dare qua regamur potentissimumq; in nos esse moderariq; quando post conceptionem ueniamus in lucem, sed hoc lib. de homine, per tres facere conspectus. Nam ex Plat. si in mundo hec Tria sint corpus, intellectus, & anima duorum media omnia suo in se modo continens utriq; propinqua quibuscunq; etiam æque se conciliians hinc quidem diuinis inde uero caducis conformis ad utraq; uergit affectus, tota interim est simul ubiq; ad animam mundi in se habentem totidem rationes rerum seminales diuinitus quot Ideæ sunt in mente diuina quibus totidem fabrefacit species in materia. Nemo

igitur miretur per materiales formas animam quasi allici posse siquidem escas eiusmodi sibi congruas ipsamet effecit, & semper libenter'q; habitat in eisdem alliciturq; ex Zamolxi, Zoroastrę, Agonace huius præceptore post annum mundi 3000. diuinis illicibus symbolicis ex Synesio illecebris Eudoxo abderita Democrito ex Raziele Honorio'ue arte caballa, subitq; proprium stellæ Demonis'ue influxum. Per ipsam'q; mundi animam in qua cuiuslibet stellę Demonisq; ratio uiget ex Platonicis ultra stellas in cœlo figuris tum 48. imaginibus signis Zodiaci. 12. triginta sex horum faciebus atq; gradibus 3 0. reliquis'ue ab Astronomis notatis itidem allecta. Concludit itaq; Petrus Aponensis authore philosopho Gal. & Haly. obitum etiam naturalem differri posse cum Astrologiæ machinis, tum medicorum pręsidijs. Propterea Ptolomeus, & cæteri Astronomi imaginibus quibusdam ex certis lapidibus, & metallis sub certo sydere fabricatis, inspiratur enim diuina uirtus in huiusmodi, & continetur in is quasi in sacra quadam litera Dei habente imaginem simili uirtute cerei benedicti Paschæ festo ac purificationis Diuę uirginis, campane similiter consecrationis, & benedictionis uirtute fulgura, & tempestates arcent, & compescunt ne locis noce, eant ubi sonitus eodem tempore auditus fuerit, sicut sal & aqua exorzizata uirtutem accipiunt expiandi, & effugandi malos demones, uelut sigilla cerea agni figura inscripta à Romano Pontificę gestantem contra fulgura tuentur, ac tempestates, inclusa uirtute Astrorum per radios uiuifica occultiori, ac propria motu admodum, ac lucæ uniuersali, & communiori, ita anima sapiens uerbo centiloquij. 8. adiuuat opus stellarum quemadmodum seminator fortitudines naturales, uitam prosperam pollicentur atq; longeuam, carmine.

Solis Aetherna est Phoebo Bacchoq; iuuentus

Nam decet intonsus crinis utrunq; Deum.

Natura itaq; animal. 18. opus est ut termini essent positi in specie non gratia materiæ solius, sed suæ receptionis causa existit a stel-

lis impressio donec sit uita concordans cum reuolutione alicuius stellæ, aut multarum stellarum, & quędam sunt maioris uitæ quædam minoris, & tunc post est terminus dies cum sua nocte deinde quod non cito festinet est unus terminus quem pertransit luna in quarta sui circuli dein mensis est circulus unus, qui completur in lunam, & solem postea annus deinde Planetarum annus pro materierum suarum commotione & reuersione ad eas figuras in quibus fuerint, & istæ coniunctiones faciunt ad augumentum naturalium, & ad diminutionem innaturalium. Vnde Thebit Philosophus annulos aureos uel argenteos erraticorum, ac fixorum ex eorum herbis, & lapidibus conficit. Ex Dami, & Philostrato Hiarcham, cuius auus. 130. uixerat annis indorum sapientum principem annulos. 7. confecisse. 7. stellarum nominibus appellatos Apollonio Tyaneo 100. annorum iuuenem deferenti dedisse singulis diebus pro eorum nomine gestandos. Ex Cic. gyges annuli cuiusdam beneficio rex è pastore factus est. A diuo Thoma non dissentientes contra gentiles. 3. à corporibus cælestibus imprimi nonnihil in corpore nostro; cuius munere disponamur ad eligendum sæpe quod melius est, etiam, si rationem finemq́; nesciamus bene fortunati atq; consentiente Arist. bene nati, ac uirtute cœlesti fieri nos in quibusdam artium effectibus efficaces, sicut miles uincens, agricola plantans, & Medicus sanans fælix, uelut herbas lapidesq́; mirabiles quasdam ultra naturam elementarem, & uires cælitus, sic homines quoq; in Artibus nonnullos habere. Plurimi tamen quæ ad huiusmodi stellas attinent in medicinæ formam intus & extra pro opportunitate obseruato tempore componunt. Sic igitur spiritus noster rite naturalibus præparatus atq; purgatus ab ipso uitę mundane spiritu stellarum radijs opportunæ susceptis plurimum accipiet, & ille ipse spiritus temperiæ quadam ad calidum humidumq́; uergente, uel natura constante, uel arte quæsita accommodatur cœlestibus sibiq́; cœlestia uendicat, nec duntaxat qualitatibus sensibus notis, sed etiam multo magis proprietatibus quibusdam cœlo insitis, & sensibus nostris oc-

cultis rationi u'x deniq; notis uendicat. Hinc igitur Ptol. Centil. rerum inferiorum effigies cœlestibus subycitur uultibus, & quodam modo ex Proculo sibi inuicem insunt. Vnde antiqui sapientes planetarum syderum'ue imagines cœlestibus similes constituunt ex haly serpentis imaginem luna cœlestem serpentem subeunte, uel fauste aspiciente utilem esse, similiter scorpij effigiem eo in angulis, uel luna in ipso æuo suo in Aegypto factam in lapide Bezaar thauri impressa figura ac infusionis aqua potata quem pupugerat scorpius repente curabat, quod Hahamed Phisicus confirmat probante Serap. quendam quoq; sapientem ex Haly. Mobilem ex se (uelut Architam fecisse legimus) imaginem confecit. Quales Trimegistus ait Aegyptios confecisse in has opportune demonum animas inserere solitos animam'ue aui sui Mercurij, Phœbi, Isidis, & Osiridis. Huic simile Prometheum figmento quodam lutheo uitam rapuisse lucem'q; cœlestem. Magi quin etiam Zoroastris sectatores ad auocandum ab hecate spiritum utebantur aurea quadam pila caracteribus insignita cœlestium Saphyro inserto, ac scutica Tauri corio uertibili. Hebrei quoq; ægypto nutriti aureum uitulum struunt ad aucupandum ueneris lunæq; fauorem contra scorpij, atq; martis influxum iudeis infestum. Miranda sunt quæ porrigunt ac donant duodecim signorum imagines, seu sigilla quę Auro cuduntur à nobis pro S. V. iam fære Parata ac illi ipsi transferenda ocius, & quadraturæ. 10. stellarum, seu cœlorum suis metallis quibusdam insignitę numeris ita dispositis, ut quaq; facie idem resultet numerus etiam longa numerorum serie ordinatis ab arithmeticis pro miraculo habitæ, lunæ. 28. mansiones, zaelis, picatricis, parmensis, & reliquorum efficacissimę imagines, alia'ue. Prophirius'q; epistola ad Anebonem imagines efficaces esse testatur, iamblicus confirmat Plotinus Aponensis ac alij quamplurimi, Proculus atq; Sinesius. à Medicis Astrologia peritis liquoribus potius pulueribus unguentis, ac electuarijs similibus'ue. insignitis facilius citius'ue quam materiæ duriores cœlestes influxus suscie

pientibus tum quia assumuntur intus affecta iam cœlitus, & in nos conuertuntur, uel saltem admota foris inhærent magis, & deniq; penetrant, tum quia uirtutibus syderum plurimis pro arbitrio una forma conflantur, cum natura inferior uno quodam cunctas superioris naturę uires non ualeat. Confirmat Plato hanc mundi machinam ita cœlo esse connexam ut & in terris cœlesti sint conditione terrena, & in cœlo uicissim terrestria dignitate cœlesti, & in occulta mundi machina uita mente'q; Regina mundi cœlestia insint uitali tamen intectualiq; proprietate simul & Excellentia, ut ex magis per inferiora uidelicet superioribus consentanea posse ad homines temporibus opportunis cœlestia quodammodo trahi atq; etiam per cœlestia super cœlestia nobis conciliari. Congruitas enim rerum naturalium ad cœlestia sufficit, ut ab illis hauriamus influxum, quia cum nihil prohibeat ad inferiora cœlestia lumen suum diffundere materiam nullam permittunt expertem fore suæ uirtutis, quapropter quantuncunq; materiæ perfectum, ac purum est ad cœlestem influxum non ineptum est, ea enim est colligantia, & continuitas materiæ ad animam mundi, quæ quotidię super naturalia, & super omnia quæ natura præparauit, ut impossibile sit præparata materia non influi uitam, aut nobiliorem quandam formam promptiorem propensiorem, ad recipiendum eo etiam ad agendum potentiorem, redduntur'q; incomprehensibilia rerum mirabilia materijs opportunis temporibus pręparatis perfectiorem'ue adipiscuntur uitam quatenus complexio à contrarietate est remotior. Si igitur concesseris Deum rebus infra lunam mirabiles inseruisse uirtutes mirabiliores concede cœlestibus ex Platonicis, & Pythagoreis, ac multo plures, alioquin & materia inferior & caducus sensus cum diuinitate cœli penitus æquaretur. Vnde ex Medicis uirtutes rerum occulte speciales formę non ab elementali natura fiunt, sed cœlesti ex Plat. mesue dotatur enim omne duplici, ut aiunt Philos. uirtute. s. elementari, & cœlesti uelut Heliotropij miraculum ex Plin. 22. cum sole circumagentis etiam nubilo die tantus Syderis amor est.

noctę ueluti desiderio ceruleum colorem contrahentes. Ut cœli conditio mutationem nimirum afferat, Faba enim apud Philippos cum uentilatur, si ab afflatu incola perfletur incoctibilis fit ex Theophr. Margaritas Taprobanæ insula, seu uniones cum duo nunq̃ reperiantur simul legunt plurimas maximasq;, chonchæ sunt in quibus lapidum hoc genus reperitur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptum sitiunt cœlestem rorem uelut maritum cuius desiderio hiant, & cum maxime lunares liquefiunt aspergines oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum sic conspiciunt grauidęq; fiunt, ac de sagine qualitate reddunt habitus unionum, nam si purum quod acceperint camdicant orbiculi lapillorum, si turbidum, aut pallore languescunt, aut Ruffo innubilantur, ita magis de cœlo q̃ de mari partus habent, deniq; quoties excipiunt matutini aeris semen fit clarius Margaritum quoties uesper fit obscurius quantoq; magis hauserint tanto magis proficit lapidum magnitudo. si repente micauerit corruscatio, seu tonuerit intempestiue metu comprimuntur clauseq; subita formidine uitam contrahunt abortiuam, aut enim perparui fiunt scrupuli, aut inanes, candor senecta disperit Sullanis primum temporibus Romam illati sunt, uirtutum omnium uitalis præsertim confortatiuæ, quę cardiacę, syncopi, & à Pharmaco imbecillitati à forma aduersantur specifica. An negabis cœlestia oculorum suorum radijs quibus nostra contuentur simul atq; contingunt statim miranda perficere. Si Arist. 6. mysticę philosophiæ solem inuocatum alia'ue sydera operi desiderato faueant, sermonem illum, nec audire moueri, uerumenim aliquo modo consensu quodam naturali, ac serie mutua qua mundi partes sibi subordinantur mutuo mutuumq; consensum habent magna earundem unione, uelut humani corporis membrum mouetur altero moueri percepto; atq; cytharæ chorda una mota alteram moueri, ut dependentiæ rerum sese subsequentium cognitio fundamentum sit omnis mirabilis operationis ad uim attractionis superiorum uirtutum exercendam requisita necessario, & quia partes Mundi naturaliter se inuicem trahunt, &

hunt, & in se mutuo agunt, ideo cœlestium influxu, & rerum mundanarum cooperatione spiritus hominis etiam afficitur quandoq; ultra dispositionem suam pristinam, aut connaturalem (uelut mulieris ornatus pulchritudo ad illius concupiscentiam incitat & prudentis harmonia uariis passionibus audientes mouet etiam inuite captiuato sensu, quę non admiratur uulgus, nec detestatur ob consuetudinem, Admiratur autem superiora quoniam ignorat, nec consueuit illis) multi. n. inter 6. non mirantur, nisi ea quæ raro contingunt. Vnumquodq; ergo superius suum mouet inferius proximum in suo gradu, & ordine, ut mundi quælibet pars agat in aliam, & unaquæq; apta sit ab alia moueri, & quælibet pars mundi huius inferioris à cœlis patitur secundum naturam aptitudinemq; suam uelut pars una corporis animalis patitur ab alia, & mundus superior intellectualis mouet omnia infra se quandoquidem omnia continet eadem entia à primo ad postremum mundi inferioris. Corpora itaq; cœlestia mouent corpora elementaris mundi composita generabilia, & sensibilia à concauo ad centrum per essentias superiores primi intellectus uirtute agente primo maximo Deo VERBI ex Ioanne, & Mercurio ipsius i. Dei simulachri, seu FILII Eccl. ego ex ore Altissimi prodii unione cum Authore primo, & patre quos ligat igneus amor à patre filioq; procedens ex iamblici Chaldeorum oraculis Dei paternam potestatem ponentibus à patre emanantem filium amoremq; igneum ab utroq; procedentem. Testatur August. de ciui. Dei. 4. Porphyrii Platonici authoritate. Siq; fascinationes fiant repentino quodam intuitu amoresq; acerrimi statim oculorum radiis accendantur, si rubeus lippus'ue oculus intuentem inficiat, ac menstruosa fœmina speculum; uelut Illiricorum ac tribalorum familiæ iratæ intuitu interemere homines, sicut Telchines rodi populi aspectu in peius omnia commutantes propterea à Ioue submersi, in Scythia fœminæ ex Apollonide Bithie uocate in oculis pupillas geminas habentes, & uisu perimentes si quem forte irate aspexerint he sunt, & in Sardinia. Ca-

toblepe Regulus'ue serpens, quo nullus peior uisu enim interficit, & auditu sibili sui, & quodcunq; animal mordet dissoluitur repente, & moritur, immo appropinquans tantum eius'ue morsus nullam penitus recipit curam, nisi per membri tacti ueneno abscissionem. Vultur sensu naturę futurum præsagit, ac sensit bellum cadaueris odorem ex Auer. miliaribus 500. sentiens. Salamandra in igne uiuit absq; dolore adustione'ue, & ipsum extinguit ex Isidoro ac incendium mitigat. Torpedo quoq; marina tactu etiam procul per uirgam manum subito stupefaciat, ex Plin. reliquis'ue, cuius est peculiaris potentia, ut si uirga tangat etiam procul, & e longinquo lacertos quis pręualidos torpescere faciat, & pedes quemlibet ad cursum ueloces alligare tradatur aura uidelicet quadam sui corporis, & odore, tunc torporem afferente, quinetiam pisces torpedini adnatantes obtorpescunt quos illa mox corripit, sicut turturem, seu pastinacam aculeo suo mortuam amplius quam uiuam, ex Ambrosio periculi afferre memoratur, sicut enim uipereos quis calcauerit renes duntaxat grauius quam uenenum nocere perhibetur, & immedicabile uulnus serpere. Et Echineis pisciculus uix semipedalis corpore paruus tantæ uirtutis est Plin. 32. quod licet ruant, ac procellæ seuiant à cursu suo grandem nauem sistat, & quasi fixa, nec mouetur. Apuliæ phalanx ictu quopiam, uel occulto spiritu animum repentino stupore permutet, rabiosus canis Scopa arbutus leuissimo morsu uenenum concitet, & rabiem, gallinarum ossa aurum consumunt huicq; uenenum existunt quod à potentissimo actore igne fieri nunquam potuit. Grauida mulier tactu statim hominis nasciturі rei desiderate nota membrum notet. Elleborus collectus folio sursum, aut deorsum tracto humores consimiliter educat. Nam suffragante cœli uultu innumerabiles sæpe ranæ similes'ue, ex arenis momento prosiliunt, tanta est materijs præparatis potentia cœli, animato etenim instrumento uirtus à fundamento uenit ac initio, sicut splendor solis uenit ad rem de loc. affe. in qua splendet. Sic Magneti data a cœlo uirtus ferrum, ac uitrum attrahendi, & quan-

doq; angulo trahit uno alteroue a se ipsa repellit Boream'ue inspiciendi, adamanti lymphationes abigere uenenis resistere pauitantium uanos metus pellere sua præsentia alleiq; tactu magnetis uirtutem tollendi. Sic lapidi Albugedi confricati, & calefacti ex Serap. ut inter adamantem, & Magnetem quædam sit naturæ occulta dissensio, cum ferrum à Magnete tractum quasi prædam quandam Adamas rapiat atq; auferat. Sic lichniti lucis uigorem flagrans ardor lucernarum excitat siquidem pura sit inoffensam admittit perspicuitatem, at si excanduit radijs Solis incita, uel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa, aut chartarum folia ad se rapit contumaciter scalpturis resistens, at siquando insignita est dum signa exprimit quasi quodam animalis morsu partem ceræ retentat. Sic hebenus maleficium quicquid tetigerit auertit qua gratia Indi reges ex eo habent pocula. Sic Bezaar, cuius frustulum magnum Dei gratia possidemus. morte liberit, ac ueneno, sic Heliotropius conferta ad uitæ longitudinem uisum perstringit, & gestantem inuisibilem reddit. Sic iacintus uenenum, ac pestem fugat, Pantaura Apollonij ad se lapides trahit, smaragdus diuitias dat, & gratiam, Echidnę'ue oculum si hunc intueatur ex gentili dissipat. Saphirus tollit oculorum sordes frontisq; dolores, quo uariolatorum oculos, aut cruce signatos mulieres nostræ ab imminentibus defendunt maculis. Sic lapis asbestus accensus nunquam, aut uix extinguitur. Emathites fœminarum fœtus, & plantarum superpositus corroborat suppositus trahit. Rhabarbarum coleram depellit, Agaricus pituitam, Atram bilim elleborus, aquam'q; intra cutim ireos, & cachile excludit, & reliqua, capillus'ue ueneris sanguinem mundificat. Chamaleontis iecur summis tegulis exustum imbres, & tonitrua excitat. Lyncurius præstigias ab oculis aufert. Lipparis suffitus omnes bestias enecat. Sic lapis Beselis corallus'ue suspensus, ut tangat stomacum iuuamentum in doloribus magnum, ac eius abscessibus præstat 13. tr. 4. cap. 3. Sic Lyncis urina coit in duritiem precio si calculi colore succini pariter spiritu propinquantia

ex Theoph. trahentis renum dolores sedantis regioq; medentis morbo. Cæteraq; quæ tamen præstigiati, seu fascinati imaginantur, præter imaginatiuam nullam habent actionis, & essentiæ ueritatem, eiusmodi nanq; artificij finis est non facere simpliciter, sed usq; ad apparentiam imaginamenta porrigere quorum mox nullum compareat uestigium, ut nihil aliud magia sit quam idolatriæ astrologiæ superstitiosæq; medicinę complexum. Petrus Aponensis uoluit medicum per imaginem infirmum curare posse modo in ea fabricanda oriens, huius rex, medium cœli, & occasus fuerint fortunati eadem ratione secunda, sexta, & dominus eius sit infelix. Ait etiam sanitatem fore firmiorem uitamq; longiorem q̃ ab initio fuerit instituta, si Genesi perspecta imago fiat qua hæc fortunata ponantur significator uitæ huius'ue donatores, tum signa, tum domini presertim ascendens eiusq; dominus medium cœli locus Solis Lunę pars fortunę dominus coitus, uel oppositi ante natiuitatem mali quinetiam infortunati cadant. Nullum'ue Astrologorum dubitare quin ad producendum uitam talia conferant, auferunt similiter ex Porphyrio narrante Olympium magum & astrologum Aegyptium in Plotinum præceptorem talia tentasse. Et ex Alberto imagines rite ab astrologis constitutas uirtutem effectumq; acquirere à figura cœlesti describente mirabiles earum effectus quales Thebith Benthorad Ptolemæus cęteriq; astrologi pollicentur. Aponensi confirmante & affirmante regionem quandam fuisse per imaginem fabricatam à phędice ex Thebith destructam. Licet Thomas sanctus lib. de fato & contra gentiles atq; de occultis naturæ operibus magis ista formidet minus'ue imaginibus tribuit, & uirtutis tantum quantum communiter cœlum per herbas resq; alias naturales efficit. Nihilominus uestes quidem edificia, & cœtera artis opera à sydere qualitatem accipere confirmat non aliter forte sydus in dies quasi nascentes uestes afficit quam semel ab initio natas, si Medici uulpium pelles uetent, & probent agninas, siquidem teste scabie lepra'ue infectæ uestes utentem inficiant. At ex iamblico con-

tingere ex imaginibus legitima astrologiæ ratione constructis naturalia quędam consequi bona si summæ religioni, sanctimoniæq; confidamus licet Tutius fore arbitrer medicinis quam imaginibus committere longo interuallo illis anteponendis. Affirmat itaq; Ptolomeus sapientem sic astrorum opus adiuuare posse quemadmodum Agricola terræ uirtutem. Vt ex mago inferiora passim superioribus, ut proprias ubiq; fœminas suis maribus, uelut ferrum magneti trahendum ac adamanti eiusq; sequens usum, camphoram aeri feruenti sugendam, cristallum soli illuminandum. Sulphur sublime'ue liquorem accendendum flammę oui testam uacuam rore impletam soli eleuandam. Sic sanguinem comprimit iaspis, & sudorem partumq; facilitat. Sic chrysolampis lapillus noctu ignei coloris licet die palescat. Ita illuminat aerem carbunculus. Sic hominis ieiuni saliua animal. 8. pungitiua interficit. sic achates porrigit facundiam. Simili modo napta trahet ignem prosilitq; in eam undecunq; uisam. Similiter aproxis herbæ radix è longinquo ignem attrabit. similis inclinatio inter palmam masculam fœmineamues existit quarum ramo alterius tacto se in mutuum complicant amplexum nec fructum fert fœmina absq; mare. Et amigdala solitaria minus fęcunda est, amant uites oppium, & ulmum. Oliua myrtum ac ficum. Merula turdum diligit. Cornicem & ardeolam inter pauos, & columbas turtures & psitacos, e sapho.

Et uariis albæ iunguntur sæpe columbę

Et niger à uiridi turtur amatur aue.

Rursum amici sunt musculus, & Balena, catus gaudet nepeta. Cappadociæ equæ uenti afflatu, & attractu concipiunt, ranæ, buffones, serpentes, & uenenosa reptilia quæq; Apio risu gaudent ab homine esa ridens moritur. Testudo cum uenatur à serpente confortatur origano sicut ciconia illorum pastu. Mustela pugnatura contra regulum rutam comedit sicut buffo uel saluiam, chelidonia hirundines pullorum oculis medentur. Pica lauro sanatur similiter palumbi graculi perdices merulæ quo etiam corui chameleontis uenenum extingunt.

Leo uorata simia à febre conualescit, upupa uua pasta lesa adianto sibi medetur, cerui dictamo uorato, & capræ cretenses sagittas extrahunt. Cerua ante partum seseli purgatur. Phalangio tacti cancro sanantur eso. Sicut sues à serpentibus læse. Corui quercu uel cornulo uenenum excutiunt. Elephantes chameleonte uorato sibi succurrunt, oleastro ursi, à mandragora lesi formicas deuorant. Anseres anates cæteraq; aquea siderite. Columbæ turtures gallinæ helsinæ grues iunco panthere contra aconitum humano stercore, apri hedera conualescere solent. Sic psylli in Lybia marsi in Italia canis rabidi nec serpentum uenenum sentiunt & illesi permanent nilq; mirum à circes filia genus. dicunt diuiuæ Pauli graciam exhibent, & de Auita potentia deberi sibi sentiunt seruitium uenenorum ideoq; uenena contemnunt. Et cantamine quodam quod zurmare uocant alijs hominibus largiri posse promittunt, ut ex Ruffi ac posidonij scriptis Philos. constanti animo ac sapientia stabili (cani cum balneo nullum esse commercium, & cane rabido morsus rabiem uitauerit) quæ ratiocinandi facultas non minus cęteris hominibus in eße ualet, & cum omnino brutis desit nil mirum si bruta omnia quæ canis rabidus momorderit rabiant, & rabie intereant ex Arist. homo autem qui suæ mentis compos est aliquando non sine magno tamen periculo solus euadit ex polluce. nec omnis homo excipitur quia nullus rabiat sed quia non omnis quasi humana species hanc præ cæteris prærogatiuam habeat quod aliqui in ea sint tali natura prediti ut etiam a cane rabido morsi non tamen rabiant, quod nulli alij animantium quidem natura concessit, cuius rei causa potest esse maior inter hominem, & brutum quam inter brutum, & brutum dissidentia suæ temperaturæ repugnantia, ideo hist. animal. 8. canes tribus laborant morbis rabię angina podagra facit rabies furorem, & quæ momorderint omnia rabiunt excepto homine, & crocodili uirus. 7. homini tantum non obesse cæteris autem animalibus exitiale. Tanta est potentia cœli, ex Gal. igitur de dieb. Crit. 3. Philosophi nedum Astrologi conueniunt su-

per hoc quod regimen huius mundi, & ordo eius est per stellas Aduenit enim nobis aliquid ex uirtute omnium stellarum sed magis per solem, luna operatur post solem, & est magnæ uirtutis, & sole indiget, sol antem nulla stellarum indiget, & Regi assimilatur luna consuli. Altera radix quę est causa unius ordinis, & unius uiæ sunt corpora super cœlestia quia omnibus quę agunt non aduenit ordo nisi per corpora illa. Naturę motus igitur. 2. adherentes uiæ uni & ordini uni qua regit animantium corpora studio ordinis'ue bonitate fiunt moti à corporibus supercœlestibus, & sapientiæ eius uestigium non est nisi habeat de sursum. Tertio med. artis beneficio qua potest aliquandiu retardari senectus atq; prohiberi cita humidi radicalis consumptio ac mors, atq; uita Protelari ex Auer. col. 4. cap. 40. de die. crit. putrefactionem prohibentis ac humidi resolutionem ex Gal. de tabe expressius supra (Homerico uersu) ac rationibus medica ad uitæ dilationem mortis'ue retardationem concil. differentia 113. ordinata. ac med. art. 3. supra. Tuenue san. 6. diutius uiuere docente, si calidi atq; humidi ad se inuicem proportio quæ uita est diu seruari à medico ualeat humidum gignente sufficiens calidi substentaculum superfluum educente alterante atq; contemperante. Potest. n. medicus futurum periculum uel omnino prohibere uel competenti adminiculo differre. 7. 1. pronost. Hip. est autem quodam cœleste in quo oportet ipsum medicum prędiuidere cuius si tanta sit prudentia mirabilis est nimiumq; stupenda non ne illius est ut futurum periculum uel omnino prohibeat uel ex Gal. competenti adminiculo tollerabilius fiat. Arte enim Arist. probl. non modo annuam sortitur naturam cucumer persica feniculi nuces, & alia sed uiuere possunt ulterius. Disciplina nanq; medici Eccl. 38. exaltabit caput illius, & in conspectu principum collaudabitur, & non discedat à te quia opera eius sunt necessaria. Nam si uita seruetur sicut æquus iuppiter Pytha. docuit & Plat. quadam æquali animæ cum corpore proportione alimentis ac exercitationibus seruata & his præsertim

quæ corpori simul, & ingenio prosunt, uel ex Arnaldo de conseruanda iuuentute, & retardanda senectute constet uirtutis, & spirituum confirmatione ac naturalis in sua temperie caloris eorum confortatione, & duplicatione (si defecerint) nam quamdiu uirtutes spiritus & calor innatus non minuitur nec pili canescunt aut corrugatur cutis, quę fiunt bifariam natura caloris naturalis debilitate humido radicali consumpto consequenti extinctione à seipso ex Gal. de dissolutione continua atq; ab eo qui continentis climatis Patriæ temporis frigidi ac sicci supremo supra calidum naturæ dominio, naturali cursu naturæ debilitate ultimo senio sine tristitia insensibili omnino animæ ablatione de morte, & uita pulmonis inagitatione, ut inde capitis canities naturalis ac mors sapientia ac arte medica possit retardari. 2. accidentalis uiolenta innaturalis seu iuuenilis indebita rerum non naturalium sex administratione extrinsecis'ue fortuna, & casu accidentibus malis prauissimisq; curis calorem spiritus ac uirtutem minuentibus uelut subita Humorum euacuatione coitu nimio sanguinis missione reliquis'ue ad frigidum declinans, & siccum corrupto in membris alimento qua grandis lesionis sensus percipitur, & tristitia corruptio, & humidi marcor ac per consequens calidi. Ex Agrippe. 3. alia uoluntaria alia ob delictum humanis legibus irrogata ante tempus effecta non modo protrahi uerumenim ex toto auferi peterit. Senectuti itaq; frigido dominanti ac sicco sanguinis paucitate uirtute ac innato calore cibum coquendo debili genitis, aggregatis humiditatibus plurimis corruptis aquosioribus'ue ac humoribus crudis quo debilitantur spiritibus ac uirtutes omnes exiccaturq; corpus cordis in tantum ut operari quandoq; quiescat, hic enim finis animalis quies operis cordis, ut & fit propter hepar accidet super accipere senectutem ueruntamen, & si prohibere quidem senectutem impossibile, super accipere autem quod uelox ipsius possibile. ex Hipp. Platonis'ue dogmatibus. Vaticinatur Homerus de tabe. S. tr. 1. de senibus blaneo humectante molli lecto somno cibo uero primo, maxime solo nutritiuo-

rum cor-

rum corporum parte illorum assimilato substantijs horum substantia humidiore reddita senectutem ulterius seruari, Ideo senum gummosa. i. senum seruatiua nominata pars medicinæ intentionem habens, ut rerum indicat natura moriuntur nanq; in cibationibus non tantum indigentia cibi solidorum corporum quantum spiritus indigentia morientes, quoniam uiscorum istud quidem arteriarum, & pulsuum est principium hoc autem uenarum, & nutriendi. Indigent ideo his quæ calefaciant æque, & humectent cibarijs poculis pneumatibus medicamentis cæteris'ue sanguinem addentibus laudabilem gignentibus Chimum cruorem, seu sanguinem spissum ex Auic. de canitie pinguem calidum uiscosum capillum detinentem nigrum coctioris melioris digestione radice boni sanguinis generatiua uelut gallinarum iure ipsismet hedis, perdicibus, phasianis, uitulo, castrato, boragine similibus'ue somno quiete letitia rerum placitarum aspectu, ac possessione odoribus bonis exercitio nobilis animalis medicamento, ac plantæ uino subtili odorifero, uel sanguinem depurantibus, ac mundificantibus putrefactioni'ue contrariantibus auro, mirabalanis conditis, margaritis, fumiterrę succo camphora, sandalis, ligno aloes, rosa, mace, & similibus. Dum recte concoquantur. Nam indigestione sanguis corrumpitur, & impuri ex bonis cibarijs poculis'ue gignuntur humores, atq; econtra digestione rei totius radice, ut Auenzoar gloriosus ex rasi corona dignus annis 135. uixerit 40. anno arte medica operari exordiens. Haly enim teste med. scientiæ 3. can. 213. iam possibile est, ut sint medicinæ à uelocitate ad senectutem prohibentes à frigore membrorum. s. & siccitate uictu recto præsupposito sicut dicitur, ꝙ homines uixerunt centenis annis uno inuento medicina Inda trifera nominata à rasi ex mirabalanis. Ex prin. maiori atq; minori squammę ferri, & eo magis auri scoria confecta, inda mirabalano saccaro condita, emblica, ac chebula cœlesti uirtute dotata, & forsan paradiso plantata terrestri uitæ, ut aiunt ligno, cuius occultæ proprietati proprietas seruit elementalis ad spiritum corpusq;

firmandum stiptica multum, nec parum aromatica uirtute putrefa-ctionem dissolutionemq; mirifice spiritu corroborato prohibente bonam digestionem, & bonum floridum'ue faciente colorem, ac spatio lon-giori iuuentutem conseruante, & forte Iacobi parti. 1. 1. doct. 3. cap. 3. qui diu uixerunt medicinas adinuenere quibus uitam protraxerunt, pro-fitetur Apuleius, se à numine edoctum multa herbarum, & lapidum genera esse quibus etiam homines perpetuam uitam sibi contribuere possint, sed fas non esse scientiam eorum homines cognoscere, qui cum paruo tempore uiuentes malis auide studeant, & nullum non scelus audeant si prolixitatem temporis accipiant, neq; Dijs ipsis par-suros, uerumenim earum cognitio ad Græcos non peruenit, neq; ad eorum quemquam, qui uenerunt post eos usq; ad præsens tempus, & forsan inuenietur tempore futuro. Licet quando trifera sit secundum quod diximus impossibile sit inuenire ea magis ultimum ex Haly. Ge-neralis nanq; causa, & essentialis conseruationis uitę, ex Nicol. Flo. s. 1. dist. 4. tr. 1. cap. 27. est bona restauratio calidi naturalis ex hu-mido, & abbreuiationis uitæ causa est huic contraria. Testantur Plato & Arist. Herodicum literarum studiosum omnium sui tempo-ris infirmissimum medica prouidentia annum ferè 100. impleuisse, Plutarchus præterea narrat multos corpore alioquin parum firmo ui-tam medica diligentia longam consecutos. Quod astrologi confitentur ubi de electionibus, & imaginibus agunt, & medicorum cura diligens experimentum'ue confirmat. De medico medici'ue officio Hip. medium seruato, atq; de probitate medicus enim uir sapiens Deo similis Deos cognoscens de Dijs cogitans Deos timens Deos colere Dijs plurimum concedens non multum sibi posse arrogans naturam conseruet, nec mutet ex Hip. de mandatis alienet'ue. Saluat autem & incolumes custodit de sequela uirtutum animæ euchimia, à dieta bona & beni-gna iuuamur, & per adinuentiones, & disciplinas non minus autem & naturalis corruptionis redditur ratio. Præter hæc omnia calor na-turalis sani, ac temperati hominis puerorum præsertim. 1. 14. sanos

rum calori similis naturali crasim optimam habentium, & absq; querela salutem æquali ad pondus appropinquantium magis 3. 20. & fumus eius affinitate quam habet cum homine tactui gratus, ac suauis neq; nocumentum, nec puncturam ingerens. Ilaris quoq; anima uigorem tribuit naturam excitat actiones adiuuat confortat gaudium affert iuuentutem retinet sanitatem conseruat sanguinem clarificat, ac uenis adducit. Reficitur autem & bifariam delectatur homo accidentibus, utpote uestium ornatarum uarietate, & pulchritudine musica dulcius resonanti cantu'ue suaui lectione oratione'ue dilecta pulchra aspicere stellatum cœlum de Sympt. causis 4. cap. 6. delectat uisum uiridis color utilis patienti ophthalmiam de subfig. emp. Kianus uiridis, & niger. Aquam claram delectabile animo cogitare cum mulieribus iuuenibus pulcherrimis decentius inductis sedere loqui ludere, uictoria frui fiducia honore gaudio lætari. 2. Medicamentorum uirtute uelut odore, odorata enim tantum cordi ex Gal. conferunt, nutriunturq; spiritus 12. med. met. anhelitu, & sanguine augentur'ue neq; solum animales, uerumenim itales, à multis etenim existimatur odoratum esse omnium sensuum uiuaciorem, & spiritualiorem, suscipit enim Deus odorem suauissimum psal. 140. dirigatur domine ad te oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Siquidem spiritale corpus odore craßescat uaporibus uiuat suffumigationibus, ac libaminum nidoribus, uirtutes epithimatum 4. 1. 18. bonum tribuunt odorem quem principalia diligunt. Sicut enim uniuersa fetida subuertere stomachum nata sunt, quod enim abhominabilem odorem exhibet de subfig. emp. noxium est, euertunt nanq; ea, quæ sunt fœtida appetitiuam uirtutem, & digestiuam. Ita odorifera confortant de comp. med. ad loca 8. si uero cum hoc fuerint, & essibilia multipliciter iuuabunt stomachum euersum priori malitia. Asserunt. n. magi spiritum nostrum non quemadmodum terrenum corpus ciborum, aut potuum concoctione per certa organa recepto alimento nutriri spongiarum, uerumenim more toto corpore undiq; alimentum suum hau-

rire uaporibus tenuissimis corpus undiq; penetrantibus, ut quidam diebus pluribus absq; cibo ac potu cap. 13. permanserint, immo Gangis fontem qui accolunt nullius ad escam opis indigent odore uiuunt pomorum syluestrium longiusq; per gentes eadem illa in præsidio gerunt, ut olfatu alantur quod si tetriorem forte spiritum traxerint exanimari eos certum est, ideo animam esse uoluit Hip. tenuissimum spiritum toto corpore confusum atq; dispersum. Cum animi cibario suffumigio cerebri clausuras aperiente sensus'ue quinq; corroborante canitiem retardante faciem clarificante unguento medicamine putridum humorem consumente, utpote boraginis succo uino potato auro potabili, mirabalanis conditis, cubebe, lætitia Galeni diacameron, dianthos, Retinent autem caloris naturalis cordis temperiem ne suos excedat terminos sanum, & iuuenem conseruant, ex philosopho ad Alex. caue tibi Alexander & custodi hoc preciosum secretum præceptum'ue omni custodia calorem naturalem serua, quia quandiu calor naturalis temperatus perseuerauerit humor aliquis mensuram suam non excedet, & ita sanus, & incolumis omni tempore permanebis.

Tria itaq; ualentius id properantur, quæ æque calefaciunt, & humectant temperata magna temperie omne temperamentum excedentia.

1m Vinum temperatæ complexionis nouum, seu antiquum immo ætate medium colore albo, aut subrubeo substantia clara & lucida odore suaui sapore pontico, seu medio debile sine aqua, uel modica cap. 14. uinum enim ipsum spiritus confortat, & reparat potissime illis ens proportionale quam multum. 12. med. meth. & 4. 1. tract. 2. cap. 16. Tertij'ue. 1. tract. 4. cap. 19. Sicut complexio caliditatis, & humiditatis, ut complexio uini est conueniens, & confortans, in sanguinem de temp. 3. 4. cito ac facile permutabile à tristitia autem omni, & angustia de seq. Pot. ani. 3. alleuiare euidenter uinum bibitum quoties enim hoc experimur, & Zeno, ut aiunt dicebat sicut amari lupini aqua infusi fiunt dulces, ita & ipsæ à uino disponebatur, ac col. 7. nil melius uino, ita

ut licitum sit sarracenis lege prohibitis. atq; de uinis. Verum quantum eius usus corpori spiritibus, & ingenio prodest tantum nocet abusus. Vnde Theogius dicebat uinum quando bibitur multum malum est, si uero id aliquis bibat sapienter non malum est, sed bonum, uerumenim si moderatæ bibatur Digestioni distributioni sanguificationi, nutritioni multum confert, & cum hoc animam nostram mansisuefaciorem, & audaciorem efficit per mediã videlicet complexionẽ corporis qua rursus ipsam operatur per medium humorũ. Neq; uiribus corporis ex Plin. utilius aliud. Caro aqua eius oua sorbilia, in pane n. puro ouis carnibus, & condro. 8. Med. meth. plurimum quidem quod nutrit minimum autem quod non tale, sol mineralis aurum omnium rerum temperatissimum & à corruptione tutissimum soli quidem splendore Ioui temperie consecratum, ideo posse calorem naturalem cum humore mirifice temperare humores a corruptione seruare solarẽ, et iouialem spiritibus, et membris inferre uirtutem subtilissimum penetratiuum'ue facillimum natura minime laborante, nec defatigata aurum. s. potabile sin minus contusum, & in folia redactum iuribus uino, uel aqua decoctum, aut extinctum. Margaritæ aliæ ue gemmæ præciosæ naturalem quoq; calorem temperant confortant cordis'ue calorem proprie clarificant ex Philos. his'ue quosdam aliquasse gemmas uidi homines corpora'ue colluisse. Nil demum magis commune de sim. Med. uirtute. 11. in animalibus quam caro omne enim animal habet hanc cum sanguine homo cuncta animalia quadrupedia uolucres serpentes lacertæ testudines, huiusmodi. Omnes'q; Medicorum de febre ad Glauc. hoc existimo nosce quia sanguis ex carne fit, & uino atq; ex Empedocle Philo. Hist. equali. 4. elementorum dominio consistunt carnes. 2m.

Tertium calor naturalis sani hominis adolescentis temperatæ complexionis, ac huius instar continentis aer temperatus, ex Platonicis incolumis ingeniosi decori integri solertis animi ore facundi, ut in eo diuina potestas quasi bonis edibus uersetur religiosi Deumq; timentis, fumus eius temperatus, ac suauis tactui gratus amicus'ue.

corporum generisq; similitudine ex Gal. consimilis necesse uelut contagio de uno ad alterum translatus. Nam primo calorem naturalem 2. corpus calefacit, & humectat, sicut prædicta e conuerso faciunt. proprium igitur huius fumi est calorem naturalem senum decrepitorum'ue ad frigus, & siccum declinantium ad caloris, & humidi deducere temperiem quacunq; etate sanitatem conseruans, corruptas complexiones rectificans, restaurat calorem deperditum ipsum confortat, & conseruat, atq; in quibuscunq; uigere membris facit, medicina senum fumus iuuentutis, neq; solum reddit corpora humana incorruptibilia quibus proportionatur, uerumenim lapidum mineralium planetarum, & animalium, manifestum palam locis habitabilibus magis recollecta, si Carthaginis Gauleo, galata Insula scorpium dirum Africæ animal enecet sicut clupea, si Arabiæ Sigaron insulã canes nec intrent expositiq; circum litora errantes moriantur, & Tentyræ Insulæ Crocodili nec adnatent olfatuq; incolarum fugentur serpentes, ceruos Africa sola, nec gignat ursos, asino caret Pontus, & Scythia sues nec uiuant Arabia, Mustellæ Boetiæ solum fugiant, itacham illati lepores extremis etiam littoribus moriantur, lupos anglia nec gignit neq; aliunde adu.ctos nutrit. Hirundines Thebarum tecta non subeunt. In Creta insula nec sint noctuæ, & aliunde aduectę moriantur repente ceruo eget lupos uulpeis aliaq; quadrupedum noxia nunquam educat serpens nulla, & in huius tantum insulæ parte repullulant cese cupressi, phalangium aranei genus est, si uisum quæras nulla uis corporis, si potestatem ictum hominem ueneno interficit, caristie aues flammas impune inuolant, carbasa etiam inter ignes ualent, & qua primum coturnices uisæ. Cerasi Egypto nulla unquam cura potuere gigni, carina cretæ monte nec reperiantur musce, nec Thracia, & Phrygia nascantur tineæ, nec paro insula sint mures Lybyæ Gauleon mons in quo nec serpens orietur, nec uiuit inuectus puluisq; eius quocunq; gentium iactus angues perimit, & scorpiones. Neq; Boetię coronea talpa gignatur, neq; Thraciæ olyntho incidens scarab.

beus exire ualeat, sed distorquens sese emoriatur. Probabile item est longeua quædam animalia simili proportione ad uitam conferre longeuam si tamen huiusmodi carnes iuuenes comedantur uelut ceruorum, & reliquorum. Longe tamen magis humano iuuenili'ue liquore reuirescit homo, uel puellæ sanæ iuuenis formosæ hilaris, ac temperatæ Alimenti boni huius succi generatiui lacte boni odoris, ac saporis nihilo. 7. Med. Meth. ad refrigerandum utiliori à mamilla crescente luna hausto, humana uel sanguine arte sublimi igni stillato (uulgo striges, & sagæ aniculæ ab infantulis sugentes quo, ut est nutriuntur) unde tuberositates lepræ'ue rubores uncino rasorio'ue à chirurgo radicitus abscissas eo ac Lythargiro illitas rectius curari Philonius iussit. Quomodo autem frequens adolescentium consuetudo senium retardare ualeat longissimam'ue promittat uitam pudicus Socrates consulendus, nihil enim in mundo cœlo. Nil sub cœlo homine. Et in corpore nil spiritu temperatius. Vt ex prin. 13. 3. tr. 3. cap. 5. infantis amplexus ex rebus sit ad digestionem maxime iuuantibus; ex quibusdam catuli canis, uel maris catti nigri, ex alijs cap. 3. tr. 5. puluinar cotto plenus uulturis pellis ex recentioribus. De uirt. itaq; simp. Med. 5. Gal. ego quidem non scio rem magis ultimam in adiuuando stomacum super digestione cibi quam corpus hominis quod occurrit ei, et tangit ipsum deforis quidam ergo homines applicant se ad pueros in nocte eos amplexantes, & reliqua. Rebus igitur temperatis uita permanens spiritu recreatur, qui per tẽperata cęlestibus cõformatur quintaue fit essentia media natura mundi spiritus, seu forma lucida ac cœlestis qua spiritus uigent. Vt eorum spiritus quibus gratię afflant animi bonis corporis fortunæ'ue noti, uelut è musco odor, sic ex bono boni nonnihil exhalat in proximum, ac sæpe perseuerat infusum, efficax enim mirificus'ue uapor exhalat foras à calore spiritu affectuq; emanat. Quo frequens consuetudo contiguumq; felicium iuuenum commercium prodesse mirifice consueuit uelut econtra, nam corrupto anhelitu de loc. affe. 5. temperamentum complexionis

cordis corrumpitur inde periyt animal , nam possibile non est simp. facul. 3. omnino in aliquo animalium , ut pereat , aut moriatur, nisi cor abstineat ab operatione sua, & non est possibile, ut ab hac abstineat donec adueniat ei malitia complexionis aliqua fortis uehemens ualde. Necessarium est.n.primo cor pati morte ueniente cum sit fundamentum, & quasi fons caloris naturalis , mors enim semper imitatur pessimitatem complexionis cordis, nam eo patiente omnia patiuntur membra, & non econtra. Vnde Apollonium Thianeum ferunt Ephesi deprehendisse senem sub cuius figura lateret Demon, qui sola præsentia totam ciuitatem peste contaminabat. Et Plin. iunior in domo Athenedori Tarsensis philosophi importuno strepitu horridi senis simulachrum fuisse refert. Quantum uero Socrates multis sola præsentia profuerit Xenophon testatur, & Plato. Legimus quoq; in sacris literis cum Saul esset inter Prophetas insiliyse super eum spiritum domini, & prophetasse. discedente uero cessasse. Simile accidit Lictoribus à Saul emissis, ut caperent Dauid etiam prophetantibus. Tanta est sæpe hominibus Diuinitate correptis diuini luminis exuberantia, ut etiam propinquos illis corripiat, & repente ignorans fiat sapiens, & econuerso, si diuino affletur, aut illustretur lumine , seu afflatorum consortio, nam uelut crassum corpus crassis elementis. 4. alitur, ita spiritale corpus suis quibusdam tenuibus elementis. 4. nutritur uino pro terra, eius odore, & carnium iure aquæ uice, cantus rursus, & sonus aerem ac iuuenum fumus, lumen autem igneum præsefert elementum. Cum Gregorio itaq; naziazeno recedant hæc barbara christiana sint omnia prauum hominem deponentes sapientem induamus, & quemadmodum in Adam prauis moribus maloq; uictu interymus ita in uictu recto sanctisq; moribus atq; in Christo uiuamus, atq; sicut e bonis trista uenerunt sic è tristibus bona reuertantur, mali præceptoris mala est disciplina, immo seminis infe licis messis infelix ne alter alterum intemperantia superare conemur, est enim mihi intemperantia quodcunq; superuacuaneum, & præter

necessitatem

necessitatem perditi sacrorum primates, ac tyranni cunctos nuncupant nidore lætantes, & cum uentre pariter diuinitatem procurant nos autem quibus sermo est quod adoratur si delitiari oporteat delitiemur in sermone in lege diuina in Dei enarratione. Quemadmodum igitur ex tonis ad stellarum normam electis, si cœlum ex Plat. Pythag. ue spiritus sit motibus tonisq; suis omnia disponens harmonica ratione compositum harmonicæ motum harmonicis motibus atq; sonis omnia efficiat harmonia sola non solum homines, sed inferiora hæc omnia pro uiribus capienda cœlestia præparat cœlestis illa cœlorum harmonia uulgo cantus Deo, ac sanctis nota resultans musica cœlestia corpora opportune insequens cœlestem influxum mirifice prouocans omnium audientium affectus intentiones gestus motus actus atq; mores immutat ad suasq; proprietates subito prouocat ad lætitiam lamentationem audaciam tranquillitatem, ac similia non homines modo uerum & bestias, & animantia quæq;, unde Pythagoras prodidit mundum hunc totum musica factum ratione septemq; stellas inter cœlum & terram uagas, quæ mortalium Geneses moderantur motum habere eurithmon, & interualla musicis diastematis motum continere congrua sonitusq; uarios reddere pro sua quoq; altitudine ita concordes, ut dulcissimam concinant melodiam, sed nobis inaudibilem propter uocis magnitudinem quam non caperent aurium nostrarum angustie, ut à terra ad Lunam toni sit interuallum, à Luna ad Mercurium semitonion, uelut ab hoc idem fere ad Venerem, inde ad Solem ter tantum quasi tonum & dimidium, diapente dictum, à Luna autem duos, & dimidium quod est diatessaron, à Sole ad Martem tonum, hinc ad Iouem Hemitonion, tantundem à Ioue ad Saturnum, inde ad summum cœlum ubi signa sunt semitonion. Itaq; à cœlo summo ad Solem diatessaron. Terre autem summitate ab eodem cœlo tonos esse sex in quibus sit diapason symphonia. Stellas & hunc omnem mundum enarmonion esse ostendit, quare Dorilaus scripsit esse mundum organum Dei. Musica itaq; ad Natales nostros pertinet, hęc enim siue in uos

ce tantummodo ex Socrate, siue ut Aristoxemus in uoce, & corporis motu, siue in his, & præterea in animi motu ex Theoph. certe multum obtinet diuinitatis, & animis promouendis plurimum ualet. Nam si grata non esset immortalibus dys, qui ex anima constant diuina, nec tibicen placandis dys, nec omnibus supplicationibns in sacris ædibus adhiberentur organa, laudate dominum ps. 148. in sono tube laudate eum in psalterio & cythara laudate eum in tympano, & choro Laudate eum in chordis, & organo Laudate eum in cymbalis benesonantibus Laudate eum in cymbalis iubilationis, & cætera. Apollini quoq; cythara Musis Tibiæ, & huius generis reliqua. Hominum quoq; mentes, & ipse q̃uis Epicuro reclamante diuinæ suam naturam per cantum agnoscunt. Deniq; quo facilius sufferant laborem, uel in nauis metu à uectore symphonia adhibetur. Legionibus quoq; in acie dimicantibus etiam metus mortis classico depellitur, & tympano. Ob quam rem Pytha. ut animum sua semper diuinitate imbueret priusq̃ se somno daret, & cum eßet experrectus cythara (ut ferunt) cantare consueuerat. Et Asclepiades freneticorum mentes morbo turbatas sæpe symphonia suæ naturę reddidit. Erophilus autem uenarum pulsus Rythmis musicis ait moueri. Idcirco si in corporis, & animi motu sit harmonia, proculdubio à Natalibus nostris musica non est aliena. Fistulis quoq; capiuntur aues, crepitu pisces, fide delphini, ac hominum uoce, & cytharæ cantu cygni saltant luduntq;, elementa quoq; modulis gaudent, tibys exultat Halesius fons, choream ducunt Lydiæ nympharum insulæ, mare littore Attico citharam sonat, megaris saxum ad fidis sonum resonat, adeo magna uis est musicæ, animum mulcet mentem, erigit ad bella incitat solatur lapsos, & desperatos reuocat, laborantes leuat iram mitigat, tristes lætificat & anxios, morbos ex Democrito & Theoph. repellit, sic legimus terpandrum & Arionem Lesbios, & Iones ægrotantes sanasse, Ismeniam Thebanum quamplurimos grauissimis morbis uexatos concentibus curasse, Ischia teste Gelio Tibiæ minuitur sono & reliqua, præ-

terea Orpheum, Amphionem, Dauid, Pythag. Empedoclem, Asclepiadem, Timotheum concentibus atq; sonis mira quædam facere consueuisse, serpentum quorundam uenena ex Theophr. cantu, ac Tibijs curantur, Arachnei Appuli uenenum timpano pellitur ac fistulis. Cantus uerumenim plus potest instrumentalis sono, unde hermes, Pytha. Et Plato dissonantem animum cantu, & harmonia componere, & erigere iubet, sic Timotheus Alex. Regem sonis fertur excitasse in furorem, sic sacerdos calamensis, teste August. solebat sese suo arbitratu quærula quadam harmonia, & à corpore in raptum & extasim adducere musica. n. Polit. 8. possunt animi morem aliquem facere, congruit autem naturæ huiusmodi disciplina secundum naturam iucunda uidetur cognatio quædam esse nobis cum harmonijs, & Rithmis, quapropter multi sapientum dixere alij quidem animum esse harmoniam, ex Asclepiade consonam quinq; sensuum, & concordem qnandam exercitationem, & harmoniam, Alij uero habere harmoniam. quoniam autem me longius dulcedo musicæ abstullit ad propositum reuertor. Ex certa igitur herbarum stirpium simplicium aliorum'ue atq; uaporum compositione arte tum medica, tum astronomica tum cœlesti ac diuina resurgit communis quædam forma uelut harmonia quædam syderum dotata muneribus, et ad earumdem Trinam congruitatem inter se compositis fit atq; in ea cœlestis suboritur Trina uirtus Trinæ hominis uirtuti subseruiens sapore seu carne naturali, Odore aut uino uitali, animaliq; colore aut temperati hominis calore seu fumo figura seu uoce præcipue uelut in compositione theriacę ex Gal. & Princ. diuinitus contingit Andromacho, unde teste iamblico, & Apollonio phębus uelut Deus medicinæ præponitur. Harmonia uero superiorum capax Tribus rerum gradibus ordinibus'ue acquiritur imaginibus Harmonicæ constitutis, medicinis, cibarijs ac poculis quadam consonantia temperatis. Vaporibus odoribus simili concinnitate confectis cantibus musicis atq; sonis ex themistio præsertim gratioribus audientis decantantibus laudes; ad quorum ordi-

nem uimq; referuntur corporis gestus saltusq; , & tripudia per imaginationis. s. conceptus motusq; concinnos per congruas rationis discursiones per tranquillas mentis contemplationes , lætitia cœlum nos creauit sua suo quodam risu. i. dilatatione motu splendore quasi gestiens lætitiaq; cœlum nos seruabit nostra , sollicitudo enim præsentium rapit nobis præsens præripitq; futurum , & celeriter in præteritum nos traducit futurorum curiositas . Summatim itaque quicunq; moribus natura studio actione motu , gestu , uultu affectibus temporis opportunitate Vita cœlesti suo'ue genio proprioque ex Platonicis Dæmone uitæ custode , & suo sydere destinato cuius auxilio fati malignitatem deuitare possumus si quidem genius nos genitos suscipiat , ac tueatur ita nobis assiduus obseruator prepositus est , ut ne puncto quidem temporis longius abscedat , sed ab utero matris acceptos ad extremum uite diem comitetur. Ex propria genitura præcognoscendus neq; solus genius , sed , & alij preterea Dei complures seu Angeli rectius hominis uitam pro sua quisque portione adminiculantes ex flaco de indigitamentis à Genesi eligendi, quæ inscriptione de hominis Angelo à nobis , reliquis quos sciam adhuc ignota, si gratia , & opera mea cara esse Sanctitati Vestræ cognouero , propediem humano manifestabo generi . Omnesq; hi semel perpetuo potius in uno quoque homine suisq; domiciliorum facultatibus ex cabala numinum suorum effectum representant auxilio nominis magni Dei. Conandum igitur ubicunq; quis potest de seq. poten. animæ. 8. Et per cibum , & per adinuentiones , & doctrinas fugere quidem malitiam , contraria autem eligere , sicut enim adinuentiones , & doctrinæ malitiæ quidem interremptiue generatiue uero uirtutum sunt , ita & cibus , multum enim cachochimia. 10. actibus animæ nocet , saluat autem & innocitos custodit euchimia , iuuamurq; à uino a quibusdam dietis pharmacis dicta bona ac benigna per adinuentiones , & disciplinas , si igitur spiritum suum meditatione tranquilla ac religiosa uictu temperato ac moderato secundum na-

turam conseruet purum corpore bene dispposito cerebro à uaporibus, animo a perturbationibus libero ab omniq; uarietate soluto cordeq; puro, nec distracto erga Deum genium proprium, & cœlestia sacris orationibus inuocatum puri casti sancti mundi intus & extra, ex leuitico omnis homo qui accesserit ad ea quæ consecrata sunt in quo est immunditia peribit coram domino, nolunt enim dij exaudire hominem ex porphirio qui multis diebus ab operatione uenerea se non abstinuit, non iungaris mulieri pollutæ uel menstruatæ nec hemorrheam patienti neq; tangas immundum nec morticinium, ex porphyrio qui mortuum tetigerit ei ad oracula accedere non licet, forte quia quadam funebris nidoris affinitate corruptus animus concipiendis diuinis influxibus redditur ineptus, ab omnibus abstinentes quæ animum spiritumq; inficiunt, cupiditatibus inuidentia iniustitiæ famula ex hermete ad mala facinora mentem ac manum impellentes, ab otio & luxuria anima torpore ac libidine suffocata. Expiati nullius sordis impetigine anima inquinata ab omni morbo hebetudine malitia omniq; irrationali conditione tanquam ferrum rubiginis fuga rite composita disposita atq; tranquilla nullis'ue peccatorum cicatricibus pectori impressis, purgatur enim animus in diuinamq; suam restituitur puritatem religione, nec quidem absq; sapientia probanda ligno uitæ his ex Salomone qui appræhenderint eam. Hinc Lucretius.

Deus ille fuit Deus inclutæ memmi
Qui princeps uitæ rationem inuenit eam, quę
Nunc appellatur sapientia quiq; per artem
Fluctibus è tantis uitam tantisq; tenebris
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit

Si Religioni probitati ac sanctitati studeamus. Quod Socratem fecisse scimus, & putant Platonici mire nos ab eo iuuari tum somnijs, tum signis mala auertendo, quare concinnunt Pythagorici Iouem pręcantes, ut uel ipsæ à malis Abduceret, uel à quo demonum id posset præstari monstraret. Quicunq; enim genium fortunatum

Deos'ue reliquos seu Angelos acceperint redduntur in suis operibus uirtute insigniti efficaces fortes, & prosperantes quapropter à Philos. bene fortunati seu bene nati dicuntur, ac naturæ nostræ professionem sequentes eaq; uirtute uersantes ad quam sumus distributor omnium Deus nos eleuat atq; conducit, qui Abraam iustitia & clementia, Isaac, timore, Iacob robore, Mosen mansuetudine & miraculis, Iosue bello, fineem zelo Dauid religione & uictoria, Salomonem scientia, & præconio, Petrum fide, Ioannem charitate, Iacobum deuotione, Thomam prudentia, Magdalenam contemplatione, Martham ministerio excellere fecit, uita tranquilla felici, ac prospera ea scientia arte ac ministerio exiguo tempore, & labore proficiunt, & ad eius conscendent Apicem, ut in uno prestent, qui in omnibus non possunt, profectum, & augumentum sentient. Quare nitendum ut expurgati recte agamus sublimiaq; sequamur, tempora, & opportuna eligentes loca, ut sublimiorum potentiorumq; Angelorum gradu commitemur qui de nobis curam gerentes a'ijs merito præferamur, (Quinta prætermissa essentia uel auro potabili cœlo ipso uocato Alchimistarum inuento) aut uitæ Elixir medicinali seu uitis aqua humani sanguinis alterius'ue rei Alchimico inuento, ut digni efficiamur quibus diuini spiritus congrediantur diuinaq; uoluntas innotescat, si Deus bonorum tantum animis insideat, nam quando immunda fuerit anima quanto magis utilia dogmatica adhibes plus ex Plat. grauas. Arte medica diuinisq; præceptis sacra mentis Religione Perfectis Pie constantissimæq; de religione sentientibus, et absq; hesitatione credentibus, & quem minime contemnant numina, Poterit Orando consecrando sacrificando inuocando uirtutes spirituales atq; cœlestes attrahere, & rebus suis quibus uelit imprimere sacratissimo, & omnium preeminentissimo potissimum nomine IESV, si aliud nomen in cœlis nec sit in terra in quo oporteat nos saluos fieri, & in quo operemur uirtute præter unum nomen IESV, in quo recapitulantur, & continentur omnia. Hinc iudei Dei nominum peritissimi pa

rum aut nihil post Christum operari possunt sua cabala, sicut prisci illorum patres immo ex Gregorio illorum nomina eadem facilitate qua asseruntur ac litterarum punctorum'ue permutatione confinguntur contemnere liceat, nec minus Bracmanas Indiæ populos tam patrum traditione quam legibus nec simulacra colentes, nec animatum aliquid comedentes, uinum aut ceruisiam nunquam bibentes, ab omni demum malignitate qui absint, Deo soli attendentes. Qui igitur beneficientiam actionem, & ordinem cœlestium imitantur eos existimato supernis similiores, & ampliores illinc uires ac suscipere dotes, nec capillus luce. 21. de capite eorum peribit. Esaię itaq;. 59. ecce non est abbreuiata manus domini, ut saluare nequeat, sed iniquitates Vestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem eius a uobis. Indignatio domini. 34. interfecit eos, & dedit eos in occisionem. Ego sum ego sum dominus. 43. et non est absq; me Saluator. Ego primus & ego nouissimus, & absq; me non est Deus. Quis similis mei 44. Ego sum dominus faciens omnia extendens cœlos solus, & stabiliens terram, & nullus mecum. Ego dominus 45. Non est amplius extra me non est Deus, ut sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente quoniam absq; me non est Deus. Ne memineritis priora 43. et antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, et tunc orientur utiq; cognoscetis ea. Esaiæ. 50. nunquid abbreuiata, et paruula facta est manus mea, ut non possim redimere, aut non est in me uirtus ad liberandum. Salus autem mea si in sempiternum erit, repetitur ibidem, & dixit consurge, sicut in diebus antiquis in generationibus seculorum. Nam Marci. 9. si potes credere omnia possibilia sunt credenti, atq; 10. omnia possibilia sunt apud Deum. Hominis idcirco Vitam ultra 120. annos protrahent Medicus, Cœlum, atq; Omnipotens IESVS.

FINIS.



ONS Sanctus tuus, Danielis 9. montes transfers Pauli ad Corint. 3. cum fide omni & charitate quæ patiens & benigna, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet aũt ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, Pasce ergo oues tuas in montibus Israel, Ezechielis 34. in riuis & in cunctis sedibus terrę, in pascuis uberrimis pasces eas, & in montibus excelsis israel erunt pascua earum ibi requiescent in herbis uirentibus, & pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, & accubare eas faciam dicit Dominus quod perierat requiram & quod abiectum fuerat reducam, & quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat consolidabo. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, ex sacris literis, aut quis requiescet in monte sancto tuo, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon non commouebitur in eternum. Montes in circuitu eius & Dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc & usq; in seculum, & in seculum seculi. Subijt ergo in montẽ Iesus, & ibi sedebat cum Discipulis suis Ioannis. 6: ubi pauit quasi quinq; hominum millia panibus ordeaceis. 5. & piscibus. 2. impletis. 12. cophinis, ex fragmentis quæ superfuerant his qui manducauerant, signum, quia uere Propheta, qui uenturus erat in mundum, Laudate Dominum, quia benignus est psallitẽ nomini eius quoniam suauis est, omnia quecunque voluit fecit in cœlo & in terra. Dixit undecim discipulis eius in monte ubi constituerat illis Iesus Matthei ultimo, Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra. Ego sum Pastor bonus Ioannis. 10. & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę, & alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient & fiet unum ouile & unus Pastor.

SEBASTIANI PAPARELLAE

E MONTE SANCTO

MEDICI ET PHILOSOPHI

IN

HIPPOCRATIS LIBRVM

DE NATVRA HVMANA

COMMENTARII DVO

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITI.



Venetijs Apud Cominum de Tridino Montisferrati Anno Domini

M. D. LI.

PAMPHILI FLOREMBENI FOROSEMPRO- niensis Medici in Commentaria Sebastiani Medici ac Philosophi Decastichon.

PYthica non homini potuere oracula diuum
  Consilia e cœlis utiliora dare
Quàm cum fatidicum monuerunt γνῶτι σὲ αὐτὸν.
  Huc ut peruenias quo duce Carpis iter?
Quem nam hominum sequeris? quis nam tibi sis quid, & unde,
  Quo ue abeas planum, perspicuum ue facit?
Ecce Sebastiani doctus liber omnia pandit,
  Lucentiq; facit lucidiora die.
Perlege, & Hippocratē, & sacrum debere Platonem
  Ista, Sebastianum persoluisse feres.

ILLVSTRISSIMO AC REVE RENDISSIMO CARDINALI IACOBO SAVELLO IN PICENIS LEGATO SEBASTIANVS PAPARELLA FOELICITATEM.



GO me hercole, eam ſcribentium cōditionē eſſe arbitror Præſul Amplisſime ut niſi ſub clarisſimi Principis præſidio exeant doctisſimorum uirorum lucubrationes, eas non ſolum in nullo prætio futuras, uerum etiam ſub ipſa editionis principia, interituras procul dubio affirmauerim. Animaduerti enim principum iudicia, ſapientes dum ſint, non minorem forſitan quàm ſcribentium doctrinam editis operibus conditionem parere: cum præſertim clarisſimi principes, clarisſimis ſcriptoribus ſcribendi facultatem ſuppeditare conſueuerint: qua cauſa non ineptias in lucem dare exiſtimantur: quod uno Ariſtotelis exemplo probare licet, qui ſub Alexandri præſidio naturæ filius, nedum peripateticorum princeps appellari meruit. Huc accedit, quod niſi principis benignitas dicatum ſibi opus tueatur; liuoris morſus nunquam effugiat: cum longe minor ſit doctrina, quàm liuoris copia, et Momi plures, quàm iuſti iudices, qui meritis laudibus doctorum uirorum labores proſequantur; quod cum ipſe mecum cogitarem, cumque ingenij mei imbecillitatem cognoſcerem, eo magis ad principis cuiuſdam præſidium mihi confugiendum eſſe exiſtimaui. Sed cogitanti mihi quem potisſimum

eligerem, cuius Auxilio libellus hic meus tutus exiret, non parum laboris impositum esse sentiebam. Videbam nanque uetustos illos scriptores hac in re nostri temporis scriptoribus fœliciores extitisse, qui sua opera dicare uolentibus, uiri non minus sapientia, quàm rerum gestarum gloria præcellentes propemodum innumeri occurrebant. Nunc uero (quod pace illorum dixerim) longe plures inueniuntur principes, qui fortunæ quàm animi muneribus excellere concupiscant, & qui elegantissima ingenia fouere atque ad scribendum adhortari dignentur. Cuius rei argumentum est, quod per multa secula nullum elegans ingenium inuenitur, quod cum uetustate merito comparari possit. Nec illis assentiendum censeo, qui naturæ uitio id contingere affirmare audent, perinde quasi uetustate mater, posteritati nouerca ea esse maluerit. Profecto nemo est qui nesciat, eundem esse siderum cursum, eandẽ naturæ uim, ut eosdem nasci homines non nisi fatui negent: adde quod nihil magis impium, atque omni flagitio dignum existimare debemus, quã putare degenerare cœlestia. Quin imo si recte iudicare uoluerimus, præstantiora forsitan ingenia quotidie nasci fatemur, atque ad scribendum promptiora. quod uel solus etiam tanti principis frater Doctissimus MARianus, quàm præclarissime inter alios omnes ostendit; in quo equidem præter cæteras insignes animi dotes, non possum non magnopere admirari, summum ac plane diuinum illius ingenium, cuius potissimum splendore paucis iam ælapsis annis uniuersa Pisarum Academia maxime gloria

batur. Quid dicam de duobus Vrsinis tibi propinquis. Iordano. S. & Io. Baptista Fratribus? quorum uterq; multis nominibus est illustris. Alter tamen literarum studijs. Alter uero & terra et mari armorum gloria. Hunc magni adolescentem animi, magniq; consilij Italia prius Ducem uidit, quã militem: paucisque ab hinc annis summũ uidebit. Adest Antonius Phocas cognomento Calergius Senat. Venet. cunctis ordinibus, & Equestri dignitate amplissime auctus, atq; exornatus; cuius morũ integritas. singularis doctrina, & summa uirtus, præter id, quod fama euulgarat, magis nota mihi fuit & perspecta nobilissimi iuuenis Sebastiani Spiritus conterranei mei præconio. Post habendus non est Pyrrus Musephilus Saxetæ Comes, qui in una quaque re, quid optimum est, quid pulcherrimum perfecte nouit. tantum ualet ingenio, & iudicio, quibus gratus, clarusque omnibus est, sed Principi suo Cosmo Reip. Florent. Duci Inuictissimo longe gratissimus, & carissimus. complures alios silentio prætereo, nam si singulos recensere uellem, lõgior esset epistola. habebant igitur princeps optime uetusti illi reges imperio atque sapientia clariores omnis generis scriptores in delitijs, ut quisq; præstanti ingenio præditus ad scribendum illorum benignitate aleretur: Ego uero, ut uera fatear ubi ad Sauellæ Domus amplitudinem, atq; clementiam & ad uirtutem tuam singularem mentem direxi, uetustatis immaginem clarissimam perspexisse uisus sum; quod inde uerissimum esse comprehendi, quia tu non nisi uiros ingenio elegantiores

fouere, atque alere apud te conspiceris. Fecisti igitur mihi animum ad scribendum Sacerrime Princeps, atq; ut illud argumentum caperem in causa extitisti, quod tanto principe dignum esse iudicaretur. Materia nanq; de Philosophia est ne tibi sapientissimo ineptias legendas præberem: sed quoniã philosophiæ argumenta infinita esse constat, de quibus innumeri longe fœlicius ante me scripserunt, materiam qua forsitan nulla magis homini conducere existimabitur, excogitaui. Hæc de ipsius hominis natura est, de qua multos fuisse locutos ingenue fateor: sed laborem inexhaustum esse animaduertebam loca omnia ad eam spectantia ex auctoribus colligere. Hunc itaque laborem tibi & alijs libentissime substuli, atq; in me ipsum suscepi, arbitratus inprimis primam hãc ingenij featuram, eo magis lectori placere debere, quo sui ipsius cognitionem docet, quantum uero difficile sit se ipsum cognoscere, ego quidem difficilius, forsitan quã Apollo esse existimo; sed difficultatem hanc legentibus a me esse sublatã non nisi tua sententia fatebor. Hinc pariter munusculũ hoc meum amplitudini tuæ non displicuisse conijciam quod si tuo munere mihi contigerit, munus propemodum diuinũ me abste sortitum fuisse prædicabo, atque animum ad maiora capiã.

VALE FOELIX.